

EDICTUM THEODERICI REGIS

EX PETRI PITHOEI EDITIONE REPETITUM ADNOTATIONE
INDICIBUSQUE INSTRUXIT FRIDERICUS BLUHME I. C.

CAP. I. DE ORIGINE EDICTI THEODERICIANI.

⁵ *Theoderici Ostrogothorum regis Edictum anno Christi quingentesimo confectum esse, cum ipse rex per sex menses Romae ageret, omnibus probatum videbatur iis argumentis, quae Iohannes Daniel Ritterus in praefatione ad Gothofredianam Theodosiani codicis editionem, Lipsiae anno 1737 repetitam, Tom. II. pag. 4. 5 primus protulerat. Nostris vero diebus adversarius Rittero extitit Iwanus a*
¹⁰ *Gloeden in libro: Das Römische Recht im Ostgothischen Reiche 1843 pag. 18 sqq., cum id potissimum demonstrare studeret, Edictum recentius esse lege Romana Wisigothorum, quae breviarium Alaricianum vulgo dicitur, edita anno Chr. 506. Gloedenium alii secuti, alii vero refutare conati sunt: Carolus Guilielmus¹ Walchius inprimis et Gustavus Haenelius²; Dahnius denique, qui nuperrime totam*
¹⁵ *quaestionem denuo examinavit, neutri parti consentit, omniaque incerta esse ait, praeterquam quod ante annum 493 Edictum illud proponi non potuerit. Idque certissimum est; quamquam enim ipse rex imperii sui initia ad annum 489 referat, quo primum Italiae fines transierat⁴, tamen pro totius Italiae domino, qui de omnibus provinciis atque adeo de ipsa urbe Roma generaliter statuere*
²⁰ *non dubitabat⁵, ante annum 493 se gerere non poterat. Accedit, quod capite 28 Edicti omnibus Romanis faciendi testamenti facultatem, quam usque ad annum 493 vel 494 multis quasi dediticiis rex ademerat, restitutam videmus; de quo conferenda est adnotatio mea ad cap. 28 cit.*

Verisimile autem Dahnio id etiam esse videtur, non multo post annum 500
²⁵ *Edictum fuisse propositum; immo cum Gloedenio ipse probavit, Cassiodorum, qui decreta et rescripta regis in Variarum libris collecta vel ipse composuit, vel praetextis prologis ampliavit, Edicti auctorem non fuisse⁶. Urbicum potius fuisse crediderim, qui Ennodio teste iam anno 494 quaestor sacri palatii fuerat⁷, quo munere postea Cassiodorum, antequam consulatum anni 513 vel 514*
³⁰ *adipisceretur, functum fuisse scimus⁸. Id etiam nemo negabit, generalis Edicti*

1) Ienaische Literaturzeitung 1845 Ianuar pag. 10—16. 39—48. 53—62. 2) in praefatione legi Romanae Wisigothorum praemissa a. 1849 pag. XCI. XCII. 3) Felix Dahn Die Könige der Germanen. Vierte Abtheilung. 1866. S. 8—12. 4) Cassiodor. Var. I, 18: *ex quo Sonti fluentia transmisisimus, ubi primum Italiae nos suscepit imperium.* 5) Edicti cap. 10. 111. 6) Gloeden pag. 33. 34. Dahn pag. 4. 5. 124. 7) Ennodii vita Epiphani, ed. Sirmond 1728. Tom. I. 40 pag. 1012, ed. Migne in patrologia Tom. 63 p. 226: *His praecellentissimus rex dictis, virum illustrissimum*

*Urbicum acciri iubet, qui universa palatii eius onera sustentans, Ciceronem eloquentia, Catonem aequitate praecesserat; cui praecepit, ut generaliter indulgentiae pragmaticum promulgaret. Quod ille ad omnem benignitatem paratissimus illico tanta brevitate et luce contexit, ut et illa culparum genera cognoscerentur abolita, quae putabantur fuisse reservata. Cfr. Edicti cap. 28, ibique notata. 8) Cassiodor. Variar. IX, 25. De quaestoris munere ipse rex dixit: *nostrae linguae vocem esse censemus, Var. VI, 5.**

proponendi necessitatem tunc praesertim Theoderico regi obvenisse, cum primum totius Italiae dominus factus omnes Romanos, possessores Italiae praesertim, pacis et aequabilis iustitiae beneficiis sibi devincire studeret. Sane omnes fere Ostrogothorum, Wisigothorum atque Burgundionum reges exemplum a veteribus Romanorum magistratibus sibi datum secuti esse videntur, ut novi imperii initia 5 edicto proposito inaugurarent⁹; quod Ulpianum etiam in libris de officio proconsulis, quibus Edicti auctor non semel usus est¹⁰, provinciarum praesidibus specialiter commendasse scimus¹¹. Ideoque maxime niti regem videmus, ut servata Romanarum legum auctoritate ea tantum novo iure adderentur, quibus iudiciorum ordo restaurari, possessores contra barbarorum saevitias et exactorum 10 fraudes defendi, malefici acrioribus suppliciis coerceri posse videbantur. Rarius mitiores poenae statuebantur, nonnunquam etiam poenarum genera ideo mutabantur, quia veterum poenarum executio vel difficilior vel impossibilis apparerebat¹². Quae quidem omnia mihi id suadere videntur, Theodericum post annum 493 mox generalis Edicti proponendi consilium cepisse, ipsam vero rem vel ante 15 vel certe statim post annum 500 perfecisse. Nec obstat argumentum Gloedenii ab interpretatione Wisigothica, ut dici solet, anni 506 desumptum; nam quindecim illa capita, in quibus pauca interpretationis istius verba geminari videntur¹³, id potius probant, iam saeculo quinto commentarios quosdam a iuris Romani interprete nobis ignoto conscriptos extitisse, ex quibus tamquam ex 20 communi fonte tam Wisigothorum, quam Burgundionum et Ostrogothorum Solones hausisse videmus¹⁴. Genuino Theodosiano codice Theodericum usum esse, multae constitutiones in breviario Alariciano omissae, a Theoderico vel re vel etiam verbis repetitae declarant.

CAP. II. DE EDICTI CODICIBUS MANUSCRIPTIS. 25

Petrus Pithoeus, cum anno 1578 primam edicti Theodericiani editionem pararet, his verbis prolocutus est:

P. PITHOEUS C. V. EDOARDO MOLAEIO SENATORI S.

INTEREA dum tu a Rege missus Aquitaniae rebus componendis vacas, ego vero rebus hic tandem prolatis rure vix fruor, editi sunt a typographis nostris Aur. Cassiodori Variarum 30 libri XII, qui, ut scis, ad ius Romanum sic pertinent ut Theodericiana et Ostrogothica pleraque admixta habeant, quae qui non satis discernunt, hybridas saepe nobis pro meris Romanis obtrudunt. Haec tamen qualiacumque sunt, quando iam non raro ut lippos oculos tractare cogimur, pridem etiam constitueram opera aliqua iuvare, non ut gentis et saeculi vitia corrigerem, quæ enim possem? sed quo a nostris hominibus cum minore saltem fastidio 35 legerentur. Verum cum eo fere tempore quo editio postulabatur, ab re nostra tantum mihi otii non esset, quod potui, alienam operam meis exemplaribus iuvi. Rebus reversis, cum et ipse huc reversus a librario rogarer, ut Theoderici Regis Edictum, cuius ille exemplaria apud me esse audierat, tanquam Ostrogothici iuris caput reliquo corpori accedere sinerem, facile me exorari passus sum: immo etiam, ne quid Orienti Occidens de eadem gente 40 invideret, legis Wisigothorum libros XII, ut tandem aliquando ederentur, concessi. Edictum vero prudentissimi principis in tuo nomine apparere volui, non tam quod te plane dignum, quam quod aliqua ex parte esset tuum, cuius beneficio alterum eius exemplar nactus sum: simul ut intelligeres te a me praesentem sic observari, sic coli, ut etiam Reip. causa

9) Cfr. quae de Gundobado Burgundionum rege notavi Legum Tom. III, pag. 500. De Wisigothorum regibus vide Merkelium in Savinii historia iuris Romani Tom. VII, pag. 4. 46. Edictum Athalarici habes Cassiodori Variar. lib. IX, cap. 18. 10) Vide Edicti cap. 57. 58. 74. 82. 103. 11) Fr. 4 §. 3 de Officio proconsulis (Dig. 1, 16). 12) Cfr. Dahn l. c.

pag. 41—44. 108—117. 13) Sunt capita 5. 14. 45 17. 26. 27. 28. 42. 54. 77. 117. 120. 134. 152 et capita 20. 122, a Gloedenio omissa; quem erasse, cum etiam capita 37 et 145 ex interpretatione Wisigothica trahere vellet, iam Dahnius recte monuit l. c. pag. 10. 11. 14) Cfr. quae de hac re notavi 50 Legum Tom. III, pag. 580.

absentis rationem habeam: tantique apud me esse futuramque amicitiam tuam, ut eius aliquod apud posteros testimonium extare cupiam. Bene vale V. C. Lutet. Parisior. II. Kal. Ian. M.D.LXXVIII.

*His autem verbis omnia continentur, quae de legis codicibus mss. com-
5 perta habemus: duos olim extitisse codices, alterum ut videtur ipsius Pithoei,
alterum Eduardi Molaei. Neminem enim habemus, qui istos codices postea
viderit, neminem qui aliorum codicum, in omnibus Europae partibus quaesitorum,
ullum vestigium invenire potuerit. Nam quod vulgo traditur, Fridericum Linden-
brogium vel tertium codicem¹⁵ vel certe Pithoei exemplaria¹⁶ inspexisse, id mero
10 errori tribuendum est; Francisci enim, non Petri Pithoei bibliotheca, nunc
Tricassina, se usum esse Lindenbrogium ait in praefatione ad Codicem legum
antiquarum anno 1613 editum. Erroris tamen causam ipse Lindenbrogium
dedit, qui suis Pithoeique coniecturis incerti codicis manuscripti auctoritatem
praetendere videbatur, cum genuinam Pithoeanorum codicum scripturam inter
15 varias lectiones (pag. 1318) reiectam hac nota al. signaret.*

CAP. III. DE EDICTI EDITORIBUS ET COMMENTATORIBUS.

*Petrus Pithoeus non solum Theoderici Edictum, sed Wisigothorum etiam
leges se adiectorum esse sponderat, cum Gulielmus Fornerius, antecessor
Aurelianensis, Cassiodori opera edenda curaret; idque tam ex ipsius Pithoei
20 epistola ad Molaeum data, quam ex titulo principis editionis anni 1579
apparet. Postea tamen, mutato consilio, leges Wisigothorum a Cassiodoro et
Edicto separatae, eodem anno editae sunt. Ceterum Pithoeus in Edicto edendo
ita versatus est, ut de varietate librorum manuscriptorum, quorum alter alterius
apographum fuisse videtur, omnino taceret, cum in notulis margini raro adpersis
25 nonnisi coniecturas de emendando contextu nobis praebuerit.*

*De ceteris Edicti editionibus paucissima nobis dicenda erunt. Pithoeanam
series vel septies repetitam habemus inter Cassiodori Opera edita¹⁸; item in
Goldastina collectione constitutionum imperialium¹⁹, quae in eo tantum a Pithoeana
differt, quod indicem Edicto praemissum in rubricas singulis capitibus prae-
30 scriptas divisit²⁰. Reliquae editiones Lindenbrogianam anni 1613 (anno 1607
nulla prodit) sequuntur, quae nonnullos Edicti locos, sprete ut diximus codicum
manuscriptorum fide, ad Pithoei Lindenbrogique coniecturas accommodatos²¹, alios
etiam editoris vel typographi culpa corruptos vel mancos exhibet²². Quae quidem
omnia fere repeti videmus in editionibus a Petro Georgisch anno 1738²³, a Paulo
35 Canciani anno 1781²⁴, a Gotthardo Friderico Rhon anno 1816²⁵, a Ferdinando*

15) Heineccii antiquitatum Germanicarum Tom. X. pag. 301. 16) Iwan a Gloeden Das Römische Recht im Ostgothischen Reiche 1845 pag. 18. 17) *Edictum Theoderici regis Italiae, C. Sollii Apollinaris Sidonii Arvernorum episcopi de Theoderico rege epistola. Ennodii Ticinensis panegyricus Theoderico regi dictus. Codicis legum Wisigothorum libri XII. Parisiis apud Sebastianum Nivellium 1579. fol.* — Cassiodori opera iam mense Octobri anni 1578. a Fornerio absoluta erant; Edictum cum reliquis et Pithoei epistola, data 2. Kal. Ianuarias, 34 paginis seorsim numeratis postea insertum videmus. Novo titulo ornatus totus liber denuo prodit anno 1589. 18) Parisiis 1588. 4^o, pag. 357—370. Ibidem, apud Marcum Orry. 1600. 8^o. 19) Hanoviae 1610. Francof. 1673 et 1713. fol. Tom. III. pag. 18—31. 20) Praeterea tit. 19 pro *iudiciis* habet *indiciis*, typographi, ni fallor, incuria. 21) Recte transponuntur capita 83 et 84, corriguntur cap. 12. 24. 30. 42. 68. 98. 120. 150. 22) Male mutantur cap. 24 (om. *legum*). 46 (om. *ei*). 104 (*iuribus*). 126 (*mutuum*). 134 (*legitimam centesimam*). 137 (*recipiat, amittat*). 138 (om. *diversis*). 144 (*reliquas pro quas*). 23) Corporis iuris Germanici col. 2199 sqq. 24) Legum barbarorum Tom. I. pag. 1 sqq. 25) In commentatione singulari ad Edictum Halae edita 1816. 4^o.

*Waltero anno 1824 et Felice Dahn anno 1866 paratis; ita tamen, ut Cancianius, Rhonius et Dahnius etiam unum alterumve locum sanare conati sint*²⁸.

*Quae cum ita essent, id mihi praesertim curae esse debuit, ut Pithoeanas lectiones integritati suae restituerem; deinde ut locos vere vitiosos, si fieri posset, probabilibus coniecturis sanarem, quod etiam aliquatenus mihi successisse spero*⁵ *in capitibus 46. 52. 55. 61. 73. 104. 140 et in Epilogo. In adnotatione critica usus sum littera P., ut Pithoeani codicis lectiones indicarem, quas emendare non dubitavi, verbis autem P. in marg. ea, quibus ipse Pithoeus emendari posse locos vitiosos monuerat. Id denique, quod Goldastus et Cancianius sibi pro-* *posuerant, ut omnia fere, quae in Cassiodori Variarum libris ad Gothici iuris*¹⁰ *historiam pertinere videbantur, adpendicis modo cum Edicto coniungerentur, mihi remitti poterat, quia totum Variarum opus statim inter Monumenta Legum proditurum esse spero.*

*Commentariis nemo ante Rhonium Lubecensem (not. 25) Edictum illustraverat; qui de fontibus iuris Romani, a quibus Theoderici lex manavit, investi-*¹⁵ *gandis satis bene meritus est, aliis tamen supplendi emendandique locum saepius reliquit. Successerunt ei Savinius*²⁹, *Gloedenius (not. 16) et nuperrime Dahnius*³⁰, *cuius eximia in hac re merita maiore etiam laude celebranda essent, si cautior fuisset in Rhonii erroribus increpandis; allegationes enim Rhonianas, quas falsas dixit, nonnunquam parum intellexit, nec paucas ipse minus recte protulit, quae*²⁰ *mero typographi errori vix tribui possunt. Plurimum tamen Dahnio ideo debemus, quod non solum varias et vage disiectas Edicti materias diligentissime collegit et composuit, sed omnia etiam, quae in Cassiodori Variarum libris ad Edictum trahi posse videbantur, plenissime lectori indicavit.*

*Nobis autem, quae de Romanis Edicti fontibus dicenda habemus, partim*²⁵ *scholiis, partim indicibus ipsi Edicto subiiciendis reservari posse videbantur. Eorum vero, quae de iure Romano non descendunt, longe maior pars vel necessitatis vel utilitatis causa statuta esse videtur; in quorum numero, ut supra (not. 12) monuimus, plurima sunt, quae ad leges poenales pertinent, pauca, quae rem iudicariam innovant*³¹; *singularia denique beneficia, quibus possessores sibi devincire regem*³⁰ *videmus, cum capite 45 privatis, ne titulos praediis adfigerent, omnino interdiceret, capite vero 142 omnibus licentiam daret originaria mancipia quasi servos ad alia loca transferre vel urbanis ministeriis adplicare, immo etiam alienare absque terrae aliqua portione*³². *Alia, sed longe minor novarum legum pars in iis consistit, quae ex iure Mosaico (cap. 59) vel Germanico desumpta*³⁵ *Theodericus Romanos observare iussit: velut manifestandi officium iis iniunctum, qui animal alienum invenerint (cap. 58), item iuramenti purgatorii defensio cauponibus stabulariisve concessa (cap. 119), denique poena dupli, tripli vel quadrupli ita mutata, ut non aestimatum pretium multiplicaretur, sed aliae res eiusdem meriti, vel aliae tales inferri iuberentur. Sic iuberi videmus cap. 64.*⁴⁰ *70. 80. 84. 152. 154 et apud Cassiodorum Variarum lib. III. cap. 20; sic constanter legitur etiam in legibus Langobardorum, sic in interpretatione Wisigothica ad Paulum I, 13^a §. 6, et in lege Wisigothorum lib. V, 4, 20. VII, 3, 2; cum de aestimatione rei pervasae semel tantum Theodericus loquatur (cap. 10),*

26) Corp. iur. Germanici Tom. I. pag. 391. 27) In Germanen. Abtheilung 2. 3. 4. München 1861. Würz-⁴⁵
notis ad librum: Die Könige der Germanen. Vierte
Abtheilung. 1866. pag. 45 sqq. 28) Dahnii emen-
dationes habes in cap. 55. 61. 104 et in Epilogo. 31) Dahn l. c. pag. 26 — 31. Beth-
mann-Hollweg Der Civilprocess des gemeinen Rechts.
29) Geschichte des Römischen Rechts im Mittelalter. Bd. IV. 1868. §. 55. 56. 32) Cfr. Dahn Abthei-
lung III. pag. 55. 56; IV. pag. 96.
Bd. II. S. 172 — 181 ed. II. 30) Die Könige der

Constantinus autem semel tantum (const. 4 Cod. Iust. de servis fugitivis 6, 1) de servo cum pari alio vel viginti solidis reddendo, et Valentinianus III. (Novellar. tit. 30 c. 1 §. 3) de vicaria eiusdem meriti pro uxore reddenda statuerit.

*Sed finem iam faciamus in tractandis rebus minoribus; nam inter arma
5 silent leges.*

Datum Bonnae die 25. mensis Augusti 1870.

FRIDERICUS BLUHME.

CAPITA EDICTI.

1. *Iudex si pecuniam acceperit, ut male iudicet.*
- 10 2. *Iudex si, contra statum aut fortunas cuiuslibet ut sententiam proferret, pecuniam acceperit.*
3. *Iudex si immerito a provincialibus aliquid acceperit.*
4. *Si officium cuiuslibet iudicis ultra iussionem acceperit.*
5. *Si sententia non praesentibus dicatur.*
- 15 6. *Ut ad officium et sollicitudinem iudicis pertineat, quomodo in executionem mittantur iudicia.*
7. *Iudex ut discussis allegationibus vel documentis utriusque partis, verum iudicet.*
8. *Sine iudicis auctoritate nullum ingenuorum debere teneri.*
9. *De his qui aliquid adversum hoc praesumpserint.*
- 20 10. *Cuiuslibet rei possessorem per iudicis auctoritatem debere conveniri, et expectare cognitionis eventum.*
11. *Si possessor pulsatus legibus non reddiderit rem petitam.*
12. *De his, qui per 30 annos quamlibet rem iugiter possederint.*
13. *De his, qui alterum quolibet crimine pulsaverint*
- 25 14. *Ut sub alterius nomine nullus accuset.*
15. *De percussore ad se veniente.*
16. *De his, qui ad possessionem alienam violentus vadit^a.*
17. *De raptore ingenuae mulieris aut virginis.*
18. *De parente raptae, aut curatore eius.*
- 30 19. *De servo, qui querelam de raptu viderit dissimulari.*
20. *De raptu, intra quae tempora concludatur.*
21. *Si ancillam alienam aut originariam congregata multitudine rapiat.*
22. *De conductore conscio aut connivente^b.*
23. *De his qui intestati mortui fuerint.*
- 35 24. *Quando debet fiscus agere.*
25. *Unumquemque possessorem apud iudicem fisci nomine pulsandum.*
26. *De intestatis clericis et religiosis personis.*
27. *Curialis si sine successore intestatus defecerit.*
28. *De data testandi licentia.*
- 40 29. *Si testator aut litteras ignoret, aut non possit subscribere.*
30. *De falsariis.*
31. *Ut voluntatem suam facere volenti nullus contradicat.*
32. *De his qui ab intestato possunt succedere.*
33. *De barbaris, qui voluerint iure testari.*
- 45 34. *De subreptione Romani aut barbari.*
35. *De delatoribus.*
36. *Si quis ad nuptias non legitimas aspiraverit.*
37. *Intra annum mortis mariti si mulier nupserit.*
38. *De adultero et adultera.*
- 50 39. *Qui, ut adulterium fieret, domum praestiterit.*
40. *Qui falsum fecerit, aut usus fuerit.*
41. *Qui falsum nesciens allegaverit.*
42. *Qui varium vel falsum testimonium dixerit.*

a) uiolenter uadunt Lind.; sed uiolentus in ipso contextu et cap. 75 repetitur. b) conhibente P.

43. *Nullum debere ad potentem Romanum aut barbarum suas actiones transferre.*
44. *Nullum Romanum aut barbarum tamquam defensorem aut suffragatorem in alieno stare negotio.*
45. *Nullum debere alienae rei nec suae titulos ponere.*
46. *Si quis in ea re, quam possidet, conventus, ut adversario suo resistat, titulos posuerit.* 5
47. *Si quis possessa ab aliis praedia titulis occupaverit.*
48. *Libertos originarios aut servos contra patronos suos eorumque liberos non audiri.*
49. *Hoc etiam et de familiaribus observandum.*
50. *De occultis secretisque delationibus.*
51. *De donationibus celebrandis mancipiorum.* 10
52. *Si quis praedium rusticum aut urbanum donaverit.*
53. *De traditione facienda.*
54. *Matrimonia passim non debere dissipari, ut quibuslibet criminibus probatis a coniunctione recedant.*
55. *Omnes appellationes iudicem debere suscipere.* 15
56. *De abactore animalium diversorum.*
57. *Abactor si usque ad unum equum, duas equas totidemque boves, decem capras et quinque porcos.*
58. *Qui bovem, equum, vel aliud pecus errans invenerit.*
59. *Qui ingenuam virginem per vim corruperit.* 20
60. *Si quis viduae violenter stuprum intulerit.*
61. *Si matrona vidua cuiuslibet libidine corrumpatur.*
62. *Si matrona vidua volens corrumpatur a servo.*
63. *Si servus alienus aut originarius ingenuam virginem per vim corruperit.*
64. *Si quis ancillam alienam aut originariam virginem corruperit.* 25
65. *Quoties se ancillae ingenuus, originarius aut servus miscuerit.*
66. *Quoties se originariae servus alienus aut ingenuus sociaverit.*
67. *Si originarius alienus se originariae iunxerit.*
68. *Si originaria de ingenuo solo exierit.*
69. *Si quis curialem collegiatum aut servum per 30 annos possederit.* 30
70. *Si servus ad quamlibet ecclesiam confugiat.*
71. *Si quis in causa publici debiti ad ecclesiam quamlibet convolaverit.*
72. *De allegatione testamentorum.*
73. *De auctoritatibus exsequendis.*
74. *De improbo litigatore.* 35
75. *De armatis hominibus expugnandis, si ad rem venerint violenti.*
76. *De reddendo momento rerum invasarum.*
77. *Si servi de inrogata violentia convicti fuerint.*
78. *De ingenuo plagiato.*
79. *Si quis ingenuum in conditione tenuerit.* 40
80. *Qui mancipium alienum sollicitaverit.*
81. *Si quis nesciens a plagiatore mancipia comparaverit.*
82. *Si quis ingenuus distrahatur.*
83. *Qui ingenuum celaverit, vendiderit, vel sciens comparaverit.*
84. *Quisquis servum alienum aut colonum sciens fugitivum susceperit.* 45
85. *Si servos sollicitatos vel ab altero furto ablatos susceperit.*
86. *Qui servum alienum invito domino apud se detinuerit.*
87. *In fuga positum servum.*
88. *Si abactor, sollicitator aut fur, antequam conveniatur, mortuus fuerit.*
89. *Si qui sibi ad terrorem militiam confinxerunt.* 50
90. *Si quis testamentum, codicellum, tabulas, rationes, gesta, libellos, cautiones, epistolas in fraudem alterius mutaverit.*
91. *Qui testibus pecuniam dederit, ut falsum dicant.*
92. *Si sponsa persuasa ab sponso ad eius domum non tradita venerit.*
93. *Invitus pater familiam suam nulli dare in matrimonium cogitur.* 55
94. *Parentes, qui cogente necessitate filios suos vendiderint.*

95. *Nec pro pignore filios a parentibus dari.*
 96. *Qui in libertate degunt^a, si ad servitutem vocantur.*
 97. *Qui domum aut villam aut casam incenderit.*
 98. *Incendium quod incaute servus aut colonus in agro suo posuerit.*
 5 99. *Qui hominem sine audientia occiderit, aut occidi suaserit.*
 100. *Servum alienum in alterius caput torqueri non posse.*
 101. *Qui servum ideo comparavit, ne adversum se torqueretur.*
 102. *Si servus ad hoc fuerit manumissus, ne torqueretur.*
 103. *Ubi aliquod facinus committitur, ibi debere defendi.*
 10 104. *De effossis terminis aut arboribus terminalibus.*
 105. *Qui limites inter duos fundos debeant observari.*
 106. *De negotio sacramentis finito.*
 107. *De auctore seditionis.*
 108. *De his qui pagano ritu sacrificaverint.*
 15 109. *Si servus aut colonus, domino nesciente, violenter aliqua rapuerit.*
 110. *Qui sepulchrum destruxerint.*
 111. *Si quis intra urbem Romam cadavera sepelierit.*
 112. *De bonis damnatorum quolibet crimine.*
 113. *Si curialis damnatus filios reliquerit.*
 20 114. *Si damnatum clerici aut alii eruerint.*
 115. *Qui pecuniam publicam aut fiscalem furaverit.*
 116. *Si quis a fure aliqua ad servandum suscepit.*
 117. *Servus si furtum fecerit, vel damnum cuilibet dederit.*
 118. *Si propter furtum servi dominus conventus fuerit.*
 25 119. *Si quis de taberna, nave aut stabulo perierit.*
 120. *Si servus furtum fecerit, et manumissus fuerit.*
 121. *Si procuratori aut actori vel colono, conductori aut servo alicuius, invito aut nesciente domino, mutuam pecuniam quis dederit.*
 122. *Si quis cautionem suam potenti dederit exigendam.*
 30 123. *Creditor si debitori suo res sibi non obligatas violenter rapiat.*
 124. *De pigneribus capiendis.*
 125. *Si qui de ecclesiis, id est locis religiosis, homines traxerint.*
 126. *Ut nullus curialium sive tabulariorum vel susceptorum, intra ecclesiam residens, emittat pictatiam.*
 35 127. *Ut invitus nullus delegetur.*
 128. *Si filius in potestate patris positus, servus aut colonus, a patre^b vel domino in aliqua culpa non defendatur.*
 129. *Qui per mendacium vel subreptionem aliquid impetraverit.*
 130. *Si quid promissum est, ut fur comprehenderetur.*
 40 131. *Qui de debito in iudicio convicti aut condemnati fuerint.*
 132. *Qui possessor ad iudicium veniet.*
 133. *Mulier etiamsi per cautionem alienum debitum se reddituram spondeat.*
 134. *Qui ultra legitimam centesimam a debitore suo speraverit.*
 135. *Si fideiussor pignora debitoris, pro quo fidem fecit, liberaverit.*
 45 136. *Si quis quamlibet rem suam nesciens a possessore conduxerit.*
 137. *Si quis in area aliena aedificium fecerit.*
 138. *Si una res a duobus fuerit comparata.*
 139. *Cuius forum auctor venditionis sequatur.*
 140. *Qui de re comparata pertulerit quaestionem.*
 50 141. *Quicumque servum fugitivum vendiderit ignoranti.*
 142. *Liceat unicuique domino mancipia sua, etiam originaria, ad alia loca transferre, vel quod voluerit facere.*
 143. *De servandis privilegiis Iudaeorum.*
 144. *De emittendis securitatibus fiscalium titulorum.*
 55 145. *Si quis barbarorum tertio conventus, iudicio adesse contempserit.*

a) degent P. b) si a patre P.

146. *De frugibus sublatis.*
 147. *De venditionibus bona fide celebratis.*
 148. *De servis aut colonis de hoste reversis.*
 149. *De mensura et ponderatione publica.*
 150. *Ut nullus alieno rustico aut bovi imperet.*
 151. *De messe laesa aut arbore deiecta.*
 152. *Si alienus servus ab alio occidatur.*
 153. *Uxorem pro marito non debere conveniri.*
 154. *De die dominico et diebus sanctae paschae.*

5

EDICTUM THEODERICI REGIS.

10

Querelae ad nos plurimae pervenerunt, intra provincias nonnullos legum praecepta calcare. Et quamvis nullus iniuste factum possit sub legum auctoritate defendere: nos tamen cogitantes generalitatis quietem, et ante oculos habentes illa, quae possunt saepe contingere, pro huiusmodi casibus terminandis, praesentia iussimus edicta pendere: ut salva iuris publici reverentia, et legibus omnibus cunctorum devotione servandis, quae 15 barbari Romanique sequi debeant super expressis articulis, edictis praesentibus evidenter cognoscant.

1. Priore itaque loco statuimus, ut si iudex acceperit pecuniam, quatinus adversum caput innocens contra leges et iuris publici cauta iudicaret, capite puniatur.

2. Iudex si pecuniam, contra statum aut fortunas cuiuslibet ut sententiam proferret, 20 acceperit, et ex hac re sub iusta fuerit examinatione convictus, in quadruplum quod venalitatatis studio accepit, exsolvat, illi profuturum, contra quem redemptus docebitur tulisse sententiam.

3. Iudex quod immerito provincialibus rapuerit, amissa dignitate qua male usus est, in quadruplum reddat his duntaxat, quibus immerito constat ablatum: et si defunctus 25 fuerit, ab eius heredibus haec poena poscatur.

4. Officium cuiuslibet iudicii, quod quid ultra quam iussum est, exegerit, in quadruplum sub fustuarum poena cogatur exsolvere iis, quibus inlicite monstrabuntur ablata.

5. Sententia non praesentibus partibus dicta nullius momenti sit; nisi adversus eum prolata doceatur, qui tertio conventus, et edictis sollemniter inclamatus, adesse con- 30 tempserit.

6. Ad officium sollicitudinemque iudicis pertinet, ut ea scripto lata definiant, quae apud se aguntur, sententia: et in executionem mitti iubeant, quod fuerit iudicatum.

7. Iudex discussis utriusque partis suggestionibus atque documentis, id solum iudicare debet, quod iuri et legibus viderit convenire. 35

8. Sine competentis iudicis praecepto nullus ingenuorum sustineat detentionis iniuriam, aut ad iudicium deducatur, vel in privata habeatur cuiuslibet praesumptione custodia.

9. Si quis autem aliquid eorum admiserit, ad violentiae poenam, quae capitalis est, se non dubitet esse rapiendum.

10. Qualemcunque cuiuslibet rei possessorem conveniri iudiciaria auctoritate decer- 40

Prologus: *barbari Romanique*] cfr. cap. 34. 43. 44 et epilogus. De solis barbaris vel capillatis cap. 32. 145. Cap. 1. 2.] Ex Pauli Sententiis receptis lib. V. tit. 23. §. 10: *Iudex qui in caput fortunasque hominis pecuniam accepit, in insulam bonis ademptis deportetur.* Cfr. Paulus l. c. V, 25. §. 4. Marcianus, fr. 1. §. 1. Ad leg. Cornel. de Sicar. (48, 8). Arcadius et Honorius a. 403, c. 3. Cod. Iust. de adessoribus (1, 51). Cap. 3.] Ex const. Gratiani, Valentiniani et Theodosii a. 380, const. 2. Theod. Cod. Ad leg. Iul. repetund. (9, 27) in verbis *dignitates praeclusas et male usae administrationis crimen*; cfr. c. 3. 4. eod. (eorundem a. 382). Cap. 4.] Hoc caput novum ius introduxit. Cap. 5: *Sententia — momenti sit.*] Haec ex eodem fonte manarunt, a quo interpretatio Wisigothica ad Paulum V, 5^a. §. 6. derivanda est

in verbis: *Sententia absente parte altera a iudice data nullam obtinet firmitatem*; vel ex Aemilii Macri libro de appellationibus, fr. 1. §. 3. Quae sent. sine app. (49, 8): *cum ex edicto peremptorio, quod neque propositum est, neque in notitiam pervenit, absentis 45 condemnatio fit, nullius momenti esse sententiam, constitutiones demonstrant. nisi — contempserit*] Cfr. Paulus Sentent. V, 5 A. §. 7. const. 9. 10 Quomodo et quando (Iust. Cod. 7, 43) et infra cap. 145. Cap. 6.] Simil. const. 1 Theod. de sent. ex peric. 50 (4, 17) a. 374. Sed quae de executione statuuntur, novi iuris sunt. Cap. 7. 8.] Ex certo fonte haec manasse non videntur. Cap. 9.] De poenis violentiae cfr. cap. 16. 21. 75. 77. 109. 124. 125. 126. Cap. 10. 11.] Simil. Valentiniani Theodosii et Arcadii const. 3 Theod. Unde vi (4, 22) in verbis

nimus, et expectari semper iustae cognitionis eventus. Quod si quis qualemcumque possessorem possessione deiecerit, amissionem pro tanta praesumptione vel bonae litis incurrat; reformata scilicet possessione quam occupaverit, fructus quoque duplos pro tanta temeritate persolvat. Quod si illam possessionem occupaverit, quae eidem minime debebatur, hanc
5 poenam habeat, ut et rem cum fructibus in eo statu domino reddat invasam, et aestimationem rei pervasae subire cogatur, fisci iuribus profuturam. Cuius decreti iusti atque legitimi omnes per provincias iudices et urbe venerabili constitutos, vel eorum officia, iubemus esse custodes: ita ut si aliquid extiterit, quo se putent exigendae mulctae superius comprehensae pares esse non posse, relationem ad scrinia nostra transmittant, ut a nobis,
10 si ratio poposcerit, districtius vindicetur.

11. Quod si possessor pulsatus legibus, non reddiderit rem petitam, et sub cognitionis eventu adversus eum legibus fuerit lata sententia, a die qua per auctoritatem conventus est et dedit responsum, expensas litis vel sumptus victus exsolvat. Hoc remedio fiet, ut in mala causa nullum litigare delectet.

12. Qui per triginta annos quamlibet rem iugiter possidere fuerit adprobatus, neque publico, neque privato nomine patiatur aliquam penitus quaestionem. Tali autem possessori etiam auctorum proauctorumque suorum tempora secundum leges proficere debere censemus: illud adiicientes, ut si *intra*^a triginta annos mota lis^b fuerit, nec finita, superveniens conclusio triginta annorum, eandem sine aliqua dubitatione consumat^c: quia cuivis
20 satis credimus abundeque sufficere, intra 30 annos et actiones suas rite componere, et eas publico iudicio vel privata definitione peragere. Ita ut circa pupillarem aetatem privilegia antiquis vel novellis legibus concessa serventur, vel circa eos, qui ex quo competere poterant post vicesimum et quintum annum intra tricesimum suas legibus proposuerint actiones. Cui casui quinquennii beneficium novella lege probamus adiectum.

13. Qui alterum quolibet crimine putaverit accusandum, non prius audiatur, nec de exhibitione aliquid iubeatur, nisi se praemissae inscriptionis vinculis obligarit, et istud caverit apud competentem iudicem, se eam poenam subiturum, si non probaverit, quod *intendit*^d, quam possit reus convictus secundum leges excipere: et usque ad eventum iudicii tam reus quam accusator aequali custodiae sorte teneantur. Nisi forte aut minora
30 sint crimina, in quibus fideiussor praeberi debeat, aut reus adeo nobilis vel splendidi honoris sit, ut suae committi debeat dignitati.

14. Sub alterius nomine nullus accuset: quia improbum iudicamus, ut quis alienae utilitatis vel voluntatis, quasi sub specie accusationis, executor existat.

15. Qui percussorem ad se venientem ferro repulerit, non habetur homicida: quia
35 defensor propriae salutis videtur in nullo peccasse.

16. Qui ad possessionem alienam violentus advenerit cum multitudine congregata, si aut ipse aut aliquis ex eodem numero casu, dum repellitur violentia, occisus fuerit, is qui per necessitatem^e hoc fecit, a metu poenae liber habeatur.

a) ultra P. sed intra P. in marg. b) annorum mortalis P.; annos P. in marg. c) consummat P. d) intentit P.
40 e) pro necessitate Coll. Anselm. l. c.

expectari, eventus, praesumptione, aestimationem, cogantur; cfr. Decretum D. Marci, apud Callistratum fr. 13. Quod metus (4, 2) et fr. 7. Ad leg. Iul. de vi privata (48, 7); et Constantini legem, c. 2 Theod. Finium regund. (2, 26); infra cap. 34, 129, item Cassiodor. Variar. 3, 20 et 4, 39. *urbe venerabili]* Roma, c. 2 Theod. Cod. de habitu (14, 10) Cassiodor. Var. I, 1. *ita ut* rell.] cfr. infra epilogus. Cassiodor. Var. 3, 21. 7, 28. Cap. 11.] cfr. const. 1
50 Theod. de fructibus et litium expensis (4, 18). Cap. 12.] Ex const. unic. Theod. de actionib. certo finiendis (4, 14) in verbis *iugi silentio*, et in verbis finalibus ex Novella Valentiniani III. a. 452 de episcopali iudicio (tit. 34. col. 251 ed. Hänel) ubi in
55 §. 13 haec inveniuntur: *excepto privilegio pupillaris aetatis, quod ... patris nostri Theodosii lege concessum est ... nisi forte post vicesimum quintum annum, ex quo competere actio coeperat, contestata*

lis fuerat. Cui si is casus eveniat ... aliud quinquennium prorogamus. Cap. 13.] Ex const. 19 Theod. de accus. et inscr. (9, 1) in verbis: *vinculum inscriptionis et habita dignitatis aestimatione*; item ex const. 11 eod. in verbis *si quod intenderit non probaverit.* Cfr. infra cap. 35. 50. Cap. 14.] Simil. const. 15 Th. eod.; ibique interpr. in verbis *nullus accuset.* Cap. 15.] Ex const. Gordiani c. 3. Iust. Ad leg. Corn. de sicar. (9, 16): *Si quis percussorem ad se venientem gladio repulerit, non ut homicida tenetur: quia defensor propriae salutis in nullo peccasse videtur.* Vide quae notavi ad cap. 16. Cap. 16.] cfr. const. 2 Theod. eod. (9, 14). Hoc caput cum cap. 15. iisdem verbis repetitur in nonnullis libris mss. Novellarum Iuliani et breviarii Alariciani, item in collectione Anselmo dedicata P. VII. c. 36, addita tamen utrique falsa hac inscriptione ac subscriptione: *Ex libro VII. cod. tit. 38. — Datum VIII. Kl. Oct. iust.*

17. Raptorem ingenuae mulieris aut virginis cum suis complicibus vel ministris rebus probatis iuxta leges iubemus extinguere: et si consenserit rapta raptori, pariter occidatur.

18. Si parentes raptae, aut curator eius, quae minore aetate rapta est, exsequi et vindicare talis facti culpam forte neglexerit, pactum quod non licet de hoc crimine faciendo, 5 poenam patiantur exilii.

19. Servus vero si querelam de raptu dissimulari a dominis, et pactione crimen senserit definiri, atque iudiciis^a prodiderit, libertate donetur.

20. Raptum intra quinquennium liceat omnibus accusare, post quinquennium vero nullus de hoc crimine faciat quaestionem, etiamsi intra superscriptum tempus egisse aliquid de legibus doceatur: maxime cum et filii de hoc matrimonio suscepti, exacto quinquennio legitimorum et iure et privilegio muniantur.

21. Si quis ancillam alienam aut originariam violenter cum multitudine congregata rapuerit, si ingenuus est, raptoris poena feriat, quia violentiae crimen admittit: si servus est aut colonus, et sua hoc tantum voluntate commisit, simili ratione puniatur. 15

22. Si vero conscio conductore aut iubente aut connivente vel non prohibente hoc fecerit, etiam conductor ipse, tamquam facti reus, simili poena feriat. Si autem domino sciente vel iubente hoc fecit, eandem possessionem, de qua raptor egressus est, fisco profuturam dominus incunctanter amittat.

23. Si quis intestatus mortuus fuerit, is ad eius successionem veniat, qui inter agnatos 20 atque cognatos gradu vel titulo proximus invenitur, salvo iure filiorum ac nepotum.

24. Fiscus tunc agat, quando nec parentum, nec filiorum, nec nepotum, nec agnatorum, nec cognatorum, nec uxoris et mariti, quae succedat, extare comperitur persona, secundum legum veterum constituta: ita ut fiscus, quotiens locum successionis invenerit, vel aliqua sibi competentia repetit, actionem, remota titularum vel officii praesumptione, 25 proponat; quia tunc fiscus unamquamque rem merito potest et sine oppressionis alienae iniuria vindicare, dum^b intercedente sententia pro ipso fuerit iudicatum. Nobis enim, sicut et principes voluerunt, ius cum privatis volumus esse commune.

25. Unumquemque possessorem fisci nomine apud competentem iudicem statuimus debere pulsari. 30

26. Clericos religiosasque personas intestatas deficientes, quotiens defuerit qui iure succedat, locum ecclesiae suae secundum leges facere debere praecipimus.

27. Curialis si sine successore, quem leges vocant, intestatus defecerit, excluso fisco curiae suae locum faciat.

28. Faciendorum testamentorum omnibus, quos testari leges permittunt, damus late 35 licentiam: ita ut septem aut quinque testes ingenui ac puberes in conspectu testatoris uno tempore eodem rogante subscribant.

a) iudiciis *Goldastus*. b) cum *Lindenbrog*.

opimo. Vid. Savinii hist. iur. Rom. T. II. §. 101. not. f. pag. 292 et Aemilii Hermanni notam ad c. 3. Iust. cit. Cap. 17.] Ex const. 1. §. 5. Theod. de raptu virg. (9, 24.) in verbo *ministros*; ceterum cfr. §. 2. ibid. et const. 2. eod. Cassiodor. Var. III, 24. Cap. 18.] Ex §. 4. ibid. in verbis *parentibus* et *vindicta*. *poenam exilii*] haec cum interpretatione Wisigothica ad c. 1. cit. conveniunt. Cap. 19.] Ex eodem loco in verbis *dissimulatione* et *pactione*. Cap. 20.] Simil. c. 3. eod.; sed verba finalia propius ad interpretationem, quae Wisigothica vulgo dicitur, accedunt, quae habet: *et filii omnes legitimi habeantur. etiamsi rell.*] In const. 3. cit. habetur: *sine metu interpellationis et complemento accusationis*. Cap. 21.] Cfr. const. 4 Theod. Ad leg. Iul. de vi (9, 10). Cap. 22. *conductore*] scil. colono libero; agitur enim de domino servi, qui dominus praedii non erat. Cfr. Paulus Sent. V, 30 B, §. 2. Infra c. 146. *domino sciente*] sc. praedii. Cap. 23—33.] Continuat de iure fisci (c. 22) in bona vel vacantia vel caduca, praemissa tamen generali

confirmatione iuris succedendi tam Romanorum quam Gothorum; cfr. Ulpianus, fragm. tit. 17. §. 2. Cassiodor. 40 Var. VI, 8. V, 24. *vel titulo*] Haec de bonorum possessionis ordinibus intellegenda esse, cum Rhonio facile crediderim. Cap. 24. *titularum*] vide infra cap. 45. 47. *ius cum privatis esse commune*: Eadem verba Theodahadi habentur Cassiodor. Var. X, 4. 45 med.: *iure communi nos fecit vivere cum privatis*. Cap. 25.] cfr. const. 27. 30. 31. Theod. de petit. et ultro dat. (10, 10). *fisci nomine*] i. e. in iure caducorum. *competentem iudicem*] scil. comitem rerum privatarum. Vide Cassiodor. Var. VI, 8, ad comitem 50 rerum privatarum: *possessores admones — caduca bona non sinis esse vacantia*. Cap. 26.] Simil. c. un. Theod. de bonis clericor. (5, 3.) Cap. 27.] Simil. c. un. Theod. de bonis decurion. (5, 2). Cap. 28. *omnibus, quos testari leges permittunt*] 55 Haec verba ad eos praesertim referenda videntur, quibus, impetrata regali venia, civitatis Romanae iura restituta erant, cum primum, quia susceptis armis

29. Quod si testator aut litteras ignorando aut per necessitatem vicinae mortis propriam subscriptionem non potuerit commodare, tunc octavus testis pro testatore adhibeatur huiusmodi, de cuius fide dubitari omnino non possit: scituris testibus et scriptore praecipue testamenti, quod si quid falsitatis extiterit, sub cognitione decursa se supplicium 5 evadere non posse, quod circa falsarios legum dictat auctoritas.

30. Sciat autem scriptus heres vel legatarius aut libertus, quod si eis conniventibus aut scientibus, tale aliquid temptatum fuerit, se non solum emolumento ipso vel fructu eius scripturae esse privandos, verum etiam falsi poenam declinare non posse. In hoc reatu erit, quisquis operam aut studium faciendis adhibuerit talibus testamentis: cum 10 voluntates velimus esse liberas mortuorum, et nihil ibi sibi aliena debeat persuasio^a vindicare.

31. Ne quis voluntatem suam facere volenti, aut testes quolibet nomine deterreat, aut contradictor existat: cum, si quid actionis fuerit, eam legibus adversum haeredem possit exercere.

15 32. Barbaris, quos certum est reipublicae militare, quomodo voluerint et potuerint, faciendi damus licentiam testamenti, sive domi, sive in castris fuerint constituti.

33. Is qui ab intestato defuncti sperat hereditatem, si volentem testatorem prohibeat facere testamentum, tanquam ab indigno eius hereditas auferatur.

20 34. Nemo, aut Romanus, aut barbarus, rem petat alienam: quam si per subreptionem impetraverit, non valebit, et eam se non dubitet cum fructibus redditurum. Salvo^f eo, quod super hac parte superiora nostra edicta ius sanciant.

35. Is qui quasi sub specie utilitatis publicae, ut sic necessarie faciat, delator existit^b, quem tamen nos execrari omnino profiteamur, quamvis vel vera dicens legibus prohibeatur

a) praesuasio P. b) existat P.

25 adversus Theodosium pugnaverant, peregrinorum de-
ditiorum conditionis habiti essent; cfr. Gaii institu-
tionum lib. 1. §. 14. 25. cum iis quae ab Ennodio
narrantur in vita Epiphani episcopi Ticinensis (ed.
Gallandi Tom. X. pag. 150. Migne Patrolog. Tom. 63.
30 col. 226): *interea subita animum ... regis Theoderici
deliberatio occupavit, ut illis tantum Romanae liber-
tatis ius tribueret, quos partibus ipsius fides exami-
nata iunxisset: illos vero, quos aliqua necessitas
diviserat, ab omni iussit et testandi et ordinationum
35 suarum ac voluntatum licentia submoveri. Qua sen-
tentia promulgata et legibus circa plurimos tali lege
calcatas, universa Italia lamentabili iustitia [tristitia?]
subiacebat.* — Deinde (col. 228) idem auctor regis,
Epiphani precibus adnuentis, verba talia refert:
40 *omnibus generaliter errorem dimittemus ... Paucos
tamen, quos malorum incentores fuisse cognovi, lo-
corum suorum tantum habitatione privabo ... His ...
rex dictis virum illustrissimum Urbicum acciri iubet
... cui praecepit, ut generaliter indulgentiae pragma-
45 ticum promulgaret: quod ille ... illico tanta brevi-
tate et luce contexit, ut et illa culparum genera
cognoscerentur abolita, quae putabantur fuisse re-
servata.* — De barbaris militibus vide §. 32. — *aut
quinque testes*] cfr. const. 1. et c. 3. §. 1. Theod.
50 de testamentis (4, 4) ibiq. interpretatio Wisigothica.
Lex Gundebati tit. 43. §. 1. 2. Isidor. Origg. 5, 24.
Quinque enim testes iure civili sufficiebant, si libri-
pens et familiae emptor, qui vetere iure accedere
debebant, amplius non desiderabantur; idque usu
55 obtinuit, quamvis Theodosium II. in novellarum
tit. 16. §. 2. (Hänel col. 62) contrarium statu-
videamus; cfr. Savigny Vermischte Schriften Tom I.
num. 7 in fine. Leist Bonorum possessio II, 2. pag. 99.
106—113. *in conspectu testatoris*] Haec repetita
60 sunt ex Diocletiani constitutione anno 290 emissa,

const. 9. Cod. Iust. de testamentis (6, 23); cfr. Ar-
cadius et Honor. c. 3. §. 2. Theod. de testamentis.
uno tempore] Ex Novella Theodosii II. cit. §. 2. in
verbis: *uno eodemque die ac tempore subscribentibus.*
Cap. 29.] Ex Novellae Theodosii II. cit. §. 3: *Quodsi
litteras testator ignoret, vel subscribere nequeat,
octavo subscriptore pro eo adhibito, eadem servari
decernimus. — circa falsarios*] cfr. Pauli Sent. V, 25.
§. 1. infra Cap. 29. 40. 41. 90. Cassiodor. Var. 12, 5.
Cap. 30.] cfr. fr. 6. §. 1. Ad leg. Corn. de falsis
(48, 10). c. 1 Theod. eod. (9, 19). Cod. Iust. de
his qui sibi adscrib. in test. (9, 23). Cap. 31.]
cfr. Paulus fr. 2. pr. D. Si quis aliquem testari
prohib. (Dig. 29, 6) et infra cap. 33. Cap. 32.]
Simil. Ulpian. fragm. XXIII, 10; cfr. Idem fr. 1 pr.
de test. mil. (29, 1). *sive domi*] scil. ante missio-
nem; nam post missionem honestam testamentum
prius factum intra annum tantum valebat. Iustinianus
autem militum privilegium ad eos restrinxit, qui in
expeditione testabantur; c. 17 Iust. de test. mil. (6, 21).
Ceterum cfr. Dahn P. IV. pag. 59—61. Cap. 33.]
Ex Pauli Sent. V, 12 §. 2: *Ei etiam velut indigno
aufertur hereditas, qui affinem vel cognatum, cui ipse
ab intestato successurus erat, testamentum facere
prohibuit, aut ne iure subsisteret, operam dedit.*
Cfr. supra cap. 31. Cap. 34: *Romanus aut bar-
barus*] Vide supra ad prologum. *per subreptionem
impetraverit*] cfr. c. 2. 3. 9. Theod. de diversis re-
scriptis (1. 2). *superiora edicta*] cap. 10. cfr. infra
cap. 129. Cap. 35.] cfr. c. 1—3. Th. de pet.
et ultro dat. (10, 10). *execrari*] *delatorum exe-
cranda perniciēs* dicitur c. 2 cit. Vide supra c. 13
et infra cap. 50. 100. *legibus prohibeatur audiri*] De teste singulari Constantinus in c. 3. Th. de fide
testium (11, 39) iusserat: *ut unius testis responsio non
audiatur.* Cfr. eiusdem edictum de accusationibus,

audiri: tamen si ea, quae ad aures publicas detulerit, inter acta constitutus non potuerit adprobare, flammis debet absumi.

36. Si quis ad nuptias non legitimas aspiraverit, legum censuram penitus non evadat: qui nec iustum matrimonium, nec filios sciat se habere legitimos.

37. Intra annum mortis mariti nulla ad secundas nuptias migret: sed nec furtim se misceat illi, cuius post annum erit uxor futura; quia leges videtur circumscribere voluisse. Idcirco utramque personam stupri ream esse praecipimus. Quam querelam damus tantum filiis et propinquis, ut quod in talibus causis legibus competit, exsequantur.

38. Adulteri vel adulterae intra iudicia convicti interitum non evadant: ministris eiusdem criminis aut consciis pariter puniendis. 10

39. Qui, ut adulterium fieret, domum vel casam praebuit; quive mulieri, ut adulterio consentiret, suavit, capite puniatur.

40. Qui falsum nesciens allegavit, ad falsi poenam minime teneatur.

41. Qui falsum fecerit, vel sciens falso usus fuerit, aut alterum facere suaserit aut coegerit, capitali poena feriatur. 15

42. Qui *varium*^a vel falsum testimonium dixerint, aut utrique^b parti prodiderint, in exilium dirigantur.

43. Nullus ad potentem Romanum aut barbarum proprias quolibet titulo transferat actiones. Quod si fecerit, iacturam litis iurgator incurrat, et is qui suscepit, medietatem pretii rei aestimatae fisco cogatur inferre. Qua poena teneri praecipimus etiam eos, qui rem in lite positam in huiusmodi crediderint^c transferendam esse personam; quoniam volumus, ut remota persona potentioris, aequa iurgantes sorte confligant. Litigantibus vero post causae terminum, largiendi quod vicerint, cui voluerint personae concedimus potestatem. 20

44. Nullus se potens Romanus aut barbarus tamquam defensor aut suffragator negotio misceat. 25

45. Nullus alienae rei vel suae titulos prorsus adfigat: cum soli fisco hoc privilegium, his quae possidet iure vel corpore, videatur esse concessum.

46. Is qui in ea re quam possidet, iudicis praeceptione conventus, titulum potentis nomine adfixum adversario suo crediderit opponendum, eius possessionis aut casae, quam sub hac fraude vindicare temptaverit, amissione *mulctetur*^d: nec repetendae actionis, etsi ei competere possit, habeat facultatem. 30

47. Ille vero qui possessa ab aliis praedia titulis occupaverit, capite puniatur.

a) unum P., sed varium P. in marg. b) utriusque P.; utrique P. in marg. c) crediderit P. d) sic corrigendum ex cod. Theod.; priuatur P.; puniatur Lind. 35

in notis Haenelii ad c. 1 Th. Ad legem Iul. maiestatis (9, 5). Cap. 36.] cfr. Arcad. et Honor. a. 396, c. 6. init. de incestis nupt. (5, 5). Gaius Instit. I, 64. Cap. 37.] cfr. c. 1 Th. de sec. nupt. (3, 8). Sed proxime accedere videtur legibus annorum 380 et 381, quae nobis in Iustiniani codice supersunt c. 1 de secundis nupt. (5, 9) et c. 4. ad SC. Tertull. (6, 56). Cap. 38.] cfr. c. 4 Th. Quor. app. non. recip. (11, 36); c. 7 Th. de indulg. crim. (9, 38); c. 1 Th. de poenis (9, 40). Cap. 39: qui ... praebuit] Ex Papiniani lib. II. de adulteriis, fr. 8. Ad leg. iul. de adult. (48, 5): qui domum suam, ut stuprum adulteriumve ... fieret, sciens praebuerit ... appellatione domus habitationem quoque significari palam est. Cap. 40.] Ex Pauli Sent. I, 12. §. 3: Qui falsum nesciens allegavit, falsi poena non tenetur. Cap. 41.] Simil. Pauli Sent. IV, 7. §. 2. Supra cap. 29. Cap. 42.] Ex Pauli Sent. V, 15. §. 5: qui falso vel varie testimonia dixerunt, vel utrique parti prodiderunt, aut in exilium aguntur, aut in insulam relegantur, aut curia submoventur. Exilii poenam etiam interpretatio Wisigothica substituit; competenter puniri iubentur a Triboniano, fr. 16 Digest. de testib. (22, 5). Cap. 43. 44.] Simil. tit. Theod. cod. de action. ad pot. transl. (2, 13). etiam eos etc.] cfr. Gaius et Ulpianus fr. 1. §. 1 — fr. 3 pr. Digest. de alienat. iud. mut. causa (4, 7). Cap. 44.] Simil. Diocl. et Maxim., c. 1 Cod. Iust. Ne liceat potentiorib. (2, 14). Lex Burg. Gundebati tit. 22: de removendis in negotio Romanorum patrocinii barbarorum. Cassiodor. Var. II, 24. 25; III, 5, 20. 36; IV, 39. 40. 42; VIII, 31. Cap. 45.] Simil. c. un. Theod. de his qui potent. nomina in lite praetendunt aut titulos praediis affigunt (2, 14). Sed Theodericus ius titulos affigendi privatis omnino ademit, cum iure Romano non nisi potentiorum qui domini non essent, titulos affigere vetitum esset. Vide etiam Athalarici edictum §. 2, inter Cassiodori Varias IX, 18. Cap. 46.] Ex c. un. cit. in verbis titulis alterius nominis crediderit inserendum, eius possessionis aut casae, quam sub hac fraude aut retinere aut vindicare tentaverit, amissione mulctetur. Nam verba caussae (pro casae), et evitare vel uitare (pro vindicare) in edd. codicis Theodosiani corrigenda esse, palam est. Vide supra notam d. eius possessionis ... facultatem] Ex c. un. Th. cit. Cap. 47.] Cfr. Cassiodor. Var. III, 20. 50

48. Libertos originarios vel servos, dominos aut patronos suos eorumque liberos deferentes, in quolibet negotio prohibemus audiri: quia huiusmodi personae neque in civilibus, neque in criminalibus causis contra patronos aut dominos eorumque liberos, etiamsi pro his dicant, vocem possunt habere legitimam. Quos in huiusmodi facto depre-
5 hensos, in ipso actionis exordio gladiis oportet extingui.

49. Hoc etiam de familiaribus servari debere censemus, qui cuiuslibet familiaritate vel domui inhaerentes, delatores aut accusatores emergerint: excepto tamen crimine maiestatis.

50. Occultis secretisque delationibus nihil credi debet; sed eum qui aliquid defert, ad iudicium venire convenit; ut si, quod detulit, non potuerit adprobare, capitali subiaceat
10 ultioni.

51. Donationes sub hac sollemnitate praecipimus celebrari. Quod si cuiuslibet pretii res mobilis fortasse donetur vel certe mancipium, sola traditione largientis sit perfecta donatio; quae tamen scripturae fide possit ostendi, cui testium subscriptio adiecta monstretur.

52. Si vero praedium rusticum aut urbanum quisquam libero arbitrio conferre voluerit,
15 scriptura munificentiae etiam testium subscriptionibus roborata gestis municipalibus allegetur; ita ut confectioni gestorum praesentes adhibeantur tres curiales et^a magistratus, aut pro magistratu defensor civitatis cum tribus curialibus, aut duumviri quinquennales^b: qui si defuerint, in alia civitate quae haec habuerit, allegationis firmitas impleatur, aut apud iudicem eiusdem provinciae, quod donatum fuerit, allegetur.

20 53. De traditione vero quam semper in locis secundum leges fieri necesse est, si magistratus, defensor, aut duumviri quinquennales^c forte defuerint, ad conficienda introductionum gesta tres sufficiant curiales: dummodo vicinis scientibus impleatur corporalis introductionis effectus.

54. Passim matrimonia dissipari non patimur. Ideo uxor a marito, aut maritus ab
25 uxore, nisi probatis causis, quas leges comprehendunt, omisso repudio, a iugali vinculo non recedant. Causae autem istae debent esse divortii: si maritus aut homicida, aut maleficus, aut sepulchrorum violator ab uxore in examine fuerit adprobatus. Maritus quoque his criminibus convictam merito dimittat uxorem, si adulteram, vel maleficam, vel etiam quam vulgus adpellat *aggagulam*^d, in iudicio potuerit adprobare. Quibus edoctis, maritus
30 et dotem lucretur, et sponsalitiā recipiat vel sibi habeat largitatem, et tituli utriusque proprietatem secundum leges filiis eum iubemus servare communibus. Pari etiam modo, si mulier maritum superioribus criminibus involutum in iudicatione convicerit, et dotem recipiat, et sponsalitiā lucro habeat largitatem. Cuius tamen sponsalitiā tantum donationis proprietatem liberis communibus etiam ipsa conservet: et nubendi vel non nubendi
35 licentiam pro constitutis veteribus sortiatur.

55. Omnes appellationes suscipiant ii provinciarum iudices, a quibus provocari potest: quando optimae conscientiae conveniat etiam superfluum appellationem sine dubitatione suscipere, dum de appellationis merito sacer possit perpensis legibus cognitor iudicare.

40 a) sic recte coniecit Savinius in *historia iuris Romani* T. I. p. 112. 113; aut P. b) sic iterum Savinius; uel quinquennalis P. c) sic Savinius l. c.; defensor duumviri aut quinquennalis P. d) *aggagula* P.

Cap. 48.] Ex const. 3 *Theod.* Ne praeter crim. (3, 16). Sed cum interpretatione Wisigothica Theodosiani codicis magis quam cum legis verbis convenire videntur, quae Theodericus sancivit; idque praesertim ex verbis *probatis causis*, item *maleficum*, *maleficam* et (sepulcri) *violator* colligi potest, pro quibus ipse Constantinus *medicamentarium*, *medicamentariam* et (sepulchrorum) *dissolutor* dixerat; cfr. etiam lex Romana Burgund. tit. 21. §. 2. 3, et lex Gundobada Burgundionum tit. 34. §. 3. 4. *aggagulam*] In const. 1 *Theod.* l. c. et in lege Romana Burgundionum legitur: *conciliatricem*. Singularem tamen casum tribuendum videtur, quod eadem const. 1 cit. eodem fere loco etiam haec continet: *oportet eam usque ad acuculam capitis in domo mariti deponere. quibus edoctis* rell.] Cfr. Novell. Theodosii II. a. 439. de paternis bonis, s. tit. 14. c. 1. §. 4, col. 52. ed. Hänel. Cap. 55.] Cfr. c. 2. 22. 25. 42. 44. 48. 51. 67. *Th. de appell.* (11, 30.) *superfluum appellationem*] *superfluum provocationem*

45 mam personam (non *standi* personam) habere dicitur in rubrica Codicis Iustiniani lib. 3. tit. 6. Cap. 49.] Ex const. 3 *Theod.* cit., in verbis: *Si quis ex familiaribus vel ex servis cuiuslibet domus... delator atque accusator emergerit, et: maiestatis crimen excipimus.* Cap. 50.] Ex const. 4 *Th. de pet. et ultro dat.* (10, 10) in verbis *occultis delationibus*; cfr. c. 7 eod. et supra cap. 13. 35. Cap. 51—53.] cfr. const. 1. 6. 8 *Th. de donationib.* (8, 12). Infra cap. 53. 138. Cassiodor. Var. VIII, 25 et Ed. Athalarici §. 8. Cap. 53: *semper in locis*] Const. 8 §. 2 cit.: *in locis, ubi res donata consistit, omnimodo celebretur. vicinis scientibus*] Const. 1 §. 2 cit.: *advocata vicinitate.* Cap. 54.] Ex Constantini lege, const. 1. *Theod. de repudiis*

Quod si iudex suam absentiam procuraverit, ne appellatorios libellos accipiat: in locis celeberrimis, qui appellare voluerit, libellum de absentia iudicis *et*^a de sua appellatione *exhibere*^b debere censemus. Iudex autem, qui aut suscipere appellationem contempserit, aut certe in custodiam dederit, aut verberaverit, aut aliquo dispendio laeserit appellantem, decem librarum auri amissione feriatur, quas fisci compendiis cura sacri cognitoris prae- 5 cipimus aggregari; officium quoque, cuius interest, multae legitimae subiacebit.

56. Abactor animalium vel gregum atque pecorum alienorum, sive ea de stabulis, sive de pascuis abegerit, gladio puniatur, et in quadruplum amittentis damno de eius substantia consulatur. Quod si servus aut originarius fuerit, dominus pro his conventus legibus, si maluerit, aut ut supra diximus satisfaciat, aut impetitos ad poenam mortis iudici publico 10 tradere non moretur.

57. Abactor si usque ad unum equum, duas equas totidemque boves et usque ad decem capras et quinque porcos tulisse tam de stabulis, quam de pascuis fuerit adprobatus, sive per surreptionem, sive ea violenter abduxerit, severissime puniatur: quidquid vero intra suprascriptum numerum animalium vel porcorum^c a quocunque sublatum fuerit, 15 tanquam furtum sub quadrupli poena solvatur.

58. Qui bovem vel equum errantem vel aliud pecus abduxerit, furti magis reus tenendus est, et in quadruplum animalia vel pecora sublata restituat: nisi ea ab eo die quo invenerit, septem diebus continuis in publicis celeberrimisque locis aut ante praetorium iudicis proposuerit; hoc enim facto nullius poenae damna sustineat. 20

59. Qui ingenuam virginem per vim corruperit, si idoneo patrimonio gratulatur et est genere nobilis, et^d eandem accipere cogatur uxorem; ita ut ei sponsalitiaie titulo largitatis quintam partem patrimonii sui noverit conferendam. Quod si iam habens uxorem ista commiserit, tertiam partem patrimonii sui illi, quam per vim corruperit, sub idonea et sollemni scriptura dare cogatur: ut illa quae per eum iacturam pudoris incurrit, honestum 25 possit invenire coniugium. Si autem nullo patrimonio aut nobilitate fulcitur oppressor et violator pudoris ingenui, supplicio adficiatur extremo.

60. Si quis viduae stuprum violenter intulerit, cuiuslibet loci corruptor sit, adulterii poena deperat.

61. Si quis vero *servus*^e, etiamsi cum volente et adquiescente vidua, hoc crimen 30 admiserit, flammis ultricibus exuratur: illa quoque adulterii poena damnanda, quae non erubuit servili subiaccere libidini.

62. Si matrona vidua alicuius libidine volens corrupta sit, stuprum admittitur: nisi

a) et *ex coniectura inserendum esse Dahnio suasore non dubito.* b) habere P. c) uel pecorum P. in marg. d) et delendum esse censet Lind. pag. 1318. e) Si quis uero P.; servus *ex coniectura supplevi.* 35

recipere dicitur in c. 42 cit. De locis celeberrimis cfr. cap. 58. iudex ... subiacebit] ex c. 22 cit.: *iudex qui suscipere neglexerit, auri libras decem et officium eius quindecim pendat. Verbum contempserit ex c. 67 eod. manavit. in custodiam dederit]* Similia habentur c. 2 eod. De cognitore sacri auditorii agitur c. 44 eod.; cfr. epilogum edicti et Cassiodor. Var. IV, 37. VII, 3. IX, 14. XII, 21. Cap. 56.] Ex Pauli Sentent. V, 18. §. 2: *Atroces pecorum abactores plerumque ad gladium vel in metallum, nonnunquam autem in opus publicum dantur. Atroces autem sunt, qui equos et greges ovium de stabulo vel de pascuis abigunt, vel si id saepius aut si ferro conducta manu faciunt;* cfr. rescriptum D. Hadriani, apud Ulpianum fr. 1 pr. de abigeis (47, 14). Pro quadrupli poena triplum in Pauli libris (§. 1. 3. l. c.) statuitur; sed vel errori vel Wisigothis id tribuendum eo magis videtur, quia eundem Paulum in alio libro quadrupli testem habemus, Coll. LL. Mosaicar. XI, 6. §. 2; cfr. cap. 57. *Quodsi servus aut originarius]* cfr. infra cap. 109. 117. Cap. 57.] Ex Paulo l. c. §. 1: *Abactores sunt qui unum equum, duas equas totidemque boves vel capras decem aut porcos quinque abegerint; quicquid vero intra hunc numerum fuerit ablatum, poena furti pro qualitate eius aut in duplum aut in triplum [vide ad cap. 56] convenitur;* cfr. Ulp. de off. proconsulis, fr. 1. §. 1. de abigeis (47, 14) et fr. 2 eod. Cap. 58.] Ex Pauli Sent. V, 18. §. 4: *Qui bovem vel equum errantem quodve aliud pecus abduxerit, furem magis eum quam abactorem constitui placuit. Simil. Ulp. de off. procons. fr. 1. §. 1 cit. nisi ... sustineat]* Haec Germanici iuris esse videntur; cfr. Edictus Rothari cap. 343. Cap. 59.] Ex legibus Moysis, Exod. XXII, 16. 17; Deuteronom. 45 XXII, 28. 29; vel forsitan ex Collatione LL. Mos. et Romanar. tit. IV, cap. 1; cfr. Procop. de bello Goth. III, 8; cap. 1. 2. X de adulteriis (5, 16). *supplicio extremo]* cfr. c. 4 fin. Th. Quorum appell. (11, 36). Cap. 60.] Haec ex deperdito Pauli loco 50 manasse videntur. Legem Iuliani de adulteriis etiam ad vim feminae liberae sine raptu illatam pertinuisse, ex fr. 5. §. 2. ad leg. Iul. de vi (48, 6) et const. 25. ad leg. Iul. de adult. (9, 9) patet. *cuiuslibet loci]* liber tamen. Nam de servo vid. cap. 61. 63. Cap. 61.] 55 Ex c. 2. Th. de raptu virg. (9, 24) et c. 1 Th. de raptu sanctimon. (9, 25). Cap. 62.] Simil. Pauli Sentent. II, 26. §. 11: *cum his, quae publice mercibus vel tabernis exercendis procurant, adulterium*

forte vilis vulgarisque sit mulier. Cum his enim viduis adquiescentibus si quis concubuerit, quas artis operam, aut ministerii laborem publice exercere constiterit, hoc crimine nec ipse nec illae teneantur obnoxii.

63. Si servus alienus aut originarius ingenuam virginem per vim corruperit, aut stuprum viduae per vim intulerit, convento domino, rebus discussis atque patefactis, capite feriat.

64. Ancillam alienam virginem vel originariam cuiuslibet aetatis, quisquis ingenuus, nulli tamen quolibet modo obnoxius civitati, corruperit, si dominus voluerit, aut corruptor ipse rogaverit, et apud gesta professus fuerit, mansurus in domini mulieris potestate, eius quam vitiavit contubernium non relinquat, nec, eadem mortua, discedendi habeat facultatem. Quod si dominus ancillae non consenserit, aut ille profiteri noluerit, tunc aut huius meriti duo mancipia domino tradat, eius iuri profutura, si eius substantia patiatur: aut si hoc implere non potuerit, caesus districtissime fustibus vicinae civitatis collegio deputetur; quod iudex eiusdem loci, periculi sui memor, implere et custodire debet.

65. Quoties se ancillae ingenuus aut originarius aut servus forte miscuerit, necesse est ut omnis matrem sequatur agnatio, id est, filii omnes ad dominum ancillae pertineant.

66. Quoties vero se originariae servus alienus ingenuusve miscuerit, nihilominus omnes filii matrem sequantur.

67. Si vero originarius alienus se originariae fortasse coniunxerit, duas filiorum partes originarii dominus, et tertiam sobolis originariae dominus consequatur.

68. Originaria ex quo^a de ingenuo solo discesserit, intra vicennii spatia repetatur. Quod si^b originaria, expletis^c viginti annis, domino sub hac praescriptione perierit, simul^d eius agnatio intra viginti annos suscepta, domino mulieris, servato novellae legis tenore, non pereat.

69. Quisquis curialem, aut collegiatum, aut servum, per triginta annos possederit, qui nullam patriae suae^e conlationem subisse^f monstratur, eos praediorum dominis iubemus adquiri: quia in nullo tricennalis legis saluberrimum constitutum sub qualibet patimur occasione turbari: quam sive adversum privatum, sive adversum fiscum, suam, quemadmodum leges praecipunt, obtinere convenit firmitatem. Et quia frequenter scimus tales calumnias in perniciem dominorum, conniventibus rusticis aut curialibus excitari, quo conlationem^g praestitisse dicantur: hoc eatenus valebit, si sciente possessionis domino, et non reluctantem, aut certe procuratorem conductoremque eius, cum dominus in transmarinis fuerit regionibus constitutus, conlationem^h praestitam fuerit adprobatum.

a) sic P. in marg.; si ex eo P. b) sic P. in marg.; quae si P. c) exemptis P. d) sic P. in marg.; sunt P.

e) sic P. in marg.; patriam suam P. f) subiisse P. in marg. g) sic P. in marg.; consolationem P. h) consolationem P.

feri non placuit. Diocl. et Max. a. 290, c. 22 Iust. Ad leg. Iul. de adult. (9, 9): *Si ea, quae stupro tibi cognita est, passim venalem formam exhibuit, ac prostitutam meretricio more vulgo se praebuit, adulterii crimen in ea cessat.* cfr. Ulpian. fr. 43 pr. de ritu nupt. (23, 2). c. 29. cod. Iust. cit. (9, 9). Cap. 63.] Cfr. c. 1 fi. c. 2 Theod. de raptu (9, 24). Vide supra ad cap. 60. 61. Cap. 64 init.] Simil. Novell. Valent. III. de colonis vagis a. 451 data, tit. 30. §. 5. (Hänel col. 226. 227), ubi ingenuus advena dicitur tenuis abiectaeque fortunae. nulli obnoxius civitati] In Valentiniani novella cit. haec ita exprimuntur: *Itaque si nulli quolibet modo obnoxius civitati ad praedium se cuiuscunque rusticum urbanumque collegerit, et mulieri obnoxiae sociari voluerit, gestis municipalibus profiteatur habitandi, ubi elegerit, voluntatem; ut hoc vinculo praecedente nec habitaculum, quod placuit, deserat, nec consortium mulieris abrumpat. Qua professione de-* prompta, salva ingenuitate licentiam non habeat recedendi. vicinae civitatis collegio deputetur] i. e. collegiatus efficiatur; cfr. tit. 69. Haec novella Valentiniani non habet. Cap. 65—68.] Ex c. un. Theod. de inquilin. (5, 10). Cap. 65. 66.] Cfr.

Gaius Inst. I, 80. fr. 19 de statu hom. (Dig. I, 5). c. 16. Iust. de agricolis (11, 47). Agnationis mentio fit c. un. Theod. de inquilinis (5, 10). miscuerit] non coniunxerit, quod non nisi connubio interveniente fieri poterat, ut cap. 67. Cap. 67.] Ex c. un. §. 3. fi. cit. cfr. Savigny Vermischte Schriften II, p. 8. Cap. 68.] Ex c. 1. §. 3. Theod. de inquilinis et colonis (5, 10): *mulierum, quae fuisse originariae docebuntur, si ante vicesimum annum de solo cui debebantur, abscesserint, universa repetitio cesset. de ingenuo solo]* i. e. ubi nata est. *novellae legis]* Valentiniani III. tit. 30. §. 2. (col. 225. ed. Haenel.): *colona vero, quae petitori post 20 annorum curricula denegatur, si quem partem ante designatum tempus edidit, priori domino convenit non perire.* Cap. 69.] Hoc capite quaedam ex Maioriani novella lege 7. §. 1. 2. de curialibus (col. 316. ed. Haenel.) repetuntur, ita tamen, ut ea quae Maiorianus pro civitatibus statuerat, a Theoderico eatenus restringerentur, ne in fraudem insciorum vel absentium possessorum collationes civitatibus praestitae tricennalem praescriptionem excluderent. Repetuntur epitheta: *saluberrima* et *constitutum*, quibus Maiorianus suam legem ornaverat, a Theoderico ad novellam Valentiniani III. legem 26

70. Si servus cuiuslibet nationis ad quamlibet ecclesiam confugerit, statim domino veniam promittente reddatur: nec enim ultra unum diem ibidem residere praecipimus. Qui si exire noluerit, vir religiosus archidiaconus eiusdem ecclesiae, vel presbyter atque clerici, eundem ad dominum suum exire compellant, et domino indulgentiam praestanti sine dilatione contradant. Quod si hoc suprascriptae religiosae personae facere forte 5 noluerint, aliud mancipium eiusdem meriti domino dare cogantur: ita ut etiam illud mancipium, quod in ecclesiae latebris commoratur, si extra ecclesiam potuerit comprehendi, a domino protenus vindicetur.

71. Si quis in causa publici debiti ad ecclesiam quamlibet convolaverit, archidiaconus eum compellat egredi, ad edenda legibus ratiocinia sua: aut si hoc facere noluerit, eius 10 substantiam, quam ad ecclesiam detulit, sine mora contradat. Quod nisi fecerit, quanti interest utilitatis publicae, archidiaconus cogatur exsolvere.

72. Testamenta, sicut leges praecipunt, allegentur: hoc modo fides voluntatis alienae titubare non poterit.

73. Auctoritates quorumlibet iudicum, vel praecepta cuiuslibet sedis ac potestatis, 15 sola publica, servata civitate^a, exsequantur officia: et conventum sufficiat promittere, se ad iudicium esse venturum, nihil ultra praesumat apparitor. Et illius sedis apparitor executiones suscipiat, unde praecepta manaverint. Quod si alterius miles, alterius iudicis auctoritatem exsequi forte temptaverit, amissionem cinguli, fustibus caesus, incurrat: litigator autem negotium incunctanter amittat. 20

74. Si petitor improbe litem cuiuscunque rei alteri forte commoverit, et fuerit sub iusta examinatione convictus, ex die plantati sollenniter iurgii, sumptus et litis expensas, quas se pulsatus immerito sustinuisse docuerit, a petitore recipiat, sub aestimatione scilicet iudicis aut bonorum virorum ex delegatione noscentium: quorum iustitiae et delibe- 25 rationis erit, quales sumptus litis et expensas eum, qui importune alterum ad publicum deduxerit examen, redhibere conveniat.

75. Qui etiam armatis hominibus, ferro, fuste, lapide, de possessione quemquam domo, villa expulerit, expugnaverit, obsederit, cluserit, aut si forte propter hanc rem quis homines suos praestiterit, locaverit, conduxerit, turbam, seditiones, incendium fecerit, ad violentiae poenam, quae est superius adscripta, teneatur. Si quis autem sepeliri mor- 30 tuum, quasi debitorem suum adserens, prohibuerit, honestiores bonorum suorum partem tertiam perdant, et in quinquennale exilium dirigantur: humiliores caesi fustibus, perpetui exilii damna sustineant.

a) an civilitate? De civilitatis servandae studio regis Theoderici vide Dahn die Könige der Germanen IV, 16—19.

(col. 215. 216. ed. Haenel.) relata; imitatur edictum verba Maioriani: *praeter illos qui patrias sua aliqua munerum collatione iuverunt*, item ea quae de *procuratoribus vel conductoribus praediorum* (cfr. cap. 121. epilogum et Cassiod. Var. VI, 2.) et de omni differentia inter fiscum et privatos possessores exclusa imperator edixerat. Ceterum in editionibus dictae novellae legis parum diligenter distinctum est, cum verba illa: *a quo constituto nec domum nostrae serenitatis excipimus* a paragrapho 2. separanda et ad §. 1. trahenda esse pateat. *collationem*] scil. munerum. *leges*] Honorii et Theodosii a. 419, c. 1 Th. Cod. de inquilinis et colonis (5, 10); Theodosii a. 424, c. 1 de actionibus certo temp. fin. (4, 14) et Valentiniani III. a. 449. tit. 26 cit.; cfr. Cod. Th. 12, 19: *de his qui conditionem propriam reliquerunt*. Cap. 70.] Partim ex const. 5 et const. 1 Th. de his qui ad eccles. (9, 45), praesertim in verbis: *non plus uno die ibidem dimittatur*, vel potius *dimoretur*, ut coniectura assequi licet. *servus cuiuslibet nationis*] servus cuiusquam, c. 5 cit. *quamlibet ecclesiam*] tam catholicorum quam Arianorum. *ecclesiae latebris*] Hoc verbum habetur c. 1 cit. Cap. 71.] Cfr. c. 1. et 3 Theod. de his

qui ad eccles. (9, 45), ubi non archidiacono, sed 35 episcopis, qui publicos debitores defendendos esse crediderint, solvendi debita necessitas iniungitur. Cap. 72.] Cfr. const. 2 Iust. Testam. quemadm. aperiantur (6, 32). Cap. 73.] Cfr. Gaius fr. 18. de in ius voc. (2, 4); Paulus fr. 21 eod. c. 1 Th. de 40 off. iud. omn. (1, 19). *auctoritates*] i. e. edicta. *conventum*] i. e. reum. *promittere*] Vid. infra c. 145. *miles*] scil. apparitoris munere functus. *amissionem cinguli*] Cfr. c. 1 Iust. Ne rei domin. (7, 38): *cingulo exui*, c. 3 Iust. de domesticis (12, 17): *cingulo 45 spoliari*. Cap. 74.] Simil. Ulpianus de officio proconsulis, fr. 79 pr. de Iudic. (5, 1). §. 1 Instt. de poena tem. litig. (4, 16) c. 14. §. 1 Iust. de iudiciis (3, 1). *bonorum virorum ex delegatione noscentium*] i. e. arbitratorum. Cap. 75.] Ex lege Iulia 50 de vi privata (Paul. Sent. V, 26. §. 3): *qui quem armatis hominibus possessione, domo villa agrove deiecerit, expugnaverit, obsederit, cluserit, idve ut fieret homines commodaverit, locaverit, conduxerit, quive coetu, concursu, turba, seditione incendium 55 fecerit, funerari sepelirive aliquem prohibuerit, funusve eripuerit, turbaverit . . . si honestiores sint, tertia pars bonorum eripitur et in insulam relegantur, humiliores*

76. Illi res occupata per violentiam intra annum momenti iure salva proprietatis causa reddetur, qui eandem rem, quam alterius praesumptione perdidit, nec violenter, nec abscondite, nec precario possidet.

77. Si servi de irrogata violentia convicti fuerint, aut certe confessi, et hoc domini
5 praecepto factum sub iusta et diligenti cognitione constiterit, domino ad violentiae poenam retento, pervasa reddantur, servis nihilominus extremo supplicio puniendis, si violentiam eos sua temeritate commisisse claruerit.

78. Qui ingenuum plagiando, id est sollicitando, in alia loca translatum aut vendiderit, aut donaverit, vel suo certe servitio vindicandum crediderit, occidatur.

10 79. Qui ingenuum in servitum tenet, nec conditioni potest obnoxium comprobare, et calumniae et iniuriarum reus teneatur adstrictus.

80. Qui mancipium alienum sollicitaverit, tres alios eiusdem meriti et ipsum domino cum peculio suo reddat. Quod si quis a quolibet bona fide suscipitur, quo se dicat ingenuum, suscipientis haec debet esse cautela, ut eum ducat ad gesta, et se profiteatur
15 ingenuum: quo facto, dum a domino servus aut originarius postulatus fuerit et probatus, solus sine retinentis incommoditate reddatur.

81. Si quis nesciens a plagiatore mancipia comparaverit, reatu plagii non potest obligari.

82. Si ingenuus distrahatur, nullum praeiudicium sui status incurrit, nisi forte tacendo
20 de ingenuitate sua, emptoris ignorantiam maior aetate circumvenerit. Nam de plagio adversum venditorem pro defensione vel iniuria sua agere potuit, nisi pretium, quod pro eo datum fuerit, cum suo voluerit venditore partiri. Tunc enim praeiudicium conditionis incurret, quod sibi ipse dissimulando et consentiendo pepererit.

83.^a Qui ingenuum celaverint, vendiderint, vel scientes comparaverint, humiliores
25 fustibus caesi in perpetuum dirigantur exilium; honestiores, confiscata tertia parte bonorum suorum, poenam patiantur nihilominus quinquennalis exilii.

84. Quisquis servum sive colonum alienum sciens fugitivum susceperit aut occulta-
verit, ipsum domino cum mercedibus et peculio eius et eiusdem meriti alterum reddat. Quod si secundo aut tertio eundem fugitivum idem apud quem fuerat, suscipiendum esse
30 crediderit, praeter ipsum cum mercedibus tres alios domino eius tradat. Mancipium tamen ipsum, ne forte propter capiendum lucrum callide et dolose a domino ad domum eius, qui susceperat, immisum fuerit, oportet in examinatione torqueri: ut si per interrogationem in quaestionem positi constiterit a domino suo ad domum alterius fraudulenter immisum, fisci protenus compendiis adplicetur.

35 a) in ed. Pith. hoc caput est octogesimum quartum et sequenti postponitur. Sed maior fides indici praemisso cum Lindenbergio habenda erit, cum inversum ordinem etiam capitulum argumenta postulare videantur.

in metallum damnantur. quasi debitorem] Cfr. Iustinus a. 526, c. 6 Iust. de sepulcro violato (9, 19). Ambrosius in Tobia cap. 10: quotiens vidi a foenera-
40 toribus teneri defunctos pro pignore, et negari tumulum, dum foenus exposcitur. Cap. 76.] Cfr. Ulpianus, fr. 1 pr. §. 33. de vi armata (43, 16) et fr. 12 de poss. (41, 2). Paul. Sent. V, 6. §. 7. momenti] i. e. possessionis momentaneae. c. 4 Theod. Unde
45 vi (4, 22). Cassiodor. Var. IV, 44. VIII, 28. Cap. 77. Si servi ... confessi] Haec ex eodem fonte manarunt, ex quo interpretatio Wisigothica c. 4 Th. ad legem Iuliam de vi (9, 10) hausta est his verbis: Si servi ... confessi vel convicti fuerint violentiam
50 commisisse. Cetera etiam, mutata poena, similia iis sunt, quae in c. 4 eiusque interpretatione continentur. Cap. 78.] Cfr. c. unica Th. ad leg. Fabiam (9, 18). Infra cap. 81. 82. Cap. 79.] Simil. Diocl. et Max., c. 31. Iust. de liberali causa (7, 16): de calumnia vel
55 iniuria; cfr. c. 9. Iust. de iniuriis (9, 35). Cap. 80.] Cfr. Ulp. fr. 1 pr. de fugitivis (11, 4). Alexander a. 222, c. 4. Iust. de furtis et servo corrupto (6, 2). tres alios eiusdem meriti] Simil. c. 84; ex iure Romano, non Germanico oriundum. Cap. 81.] Simil.

Diocletianus, c. 10 Iust. Ad leg. Fabiam (9, 20). Cap. 82.] Simil. Ulp. de off. procons., fr. 1 Quib. ad libertatem (40, 13), cui proxime accedit Gordianus c. 1 Iust. eod. (7, 18) et Alexander c. 5 Iust. de liberali causa (7, 16). nisi forte tacendo rell.] Hoc sine pretii participandi animo accidere vix poterat; cfr. Constantinus, c. 6. §. 2 Theod. de liberali causa (4, 8. col. 387* ed. Haenel.). Cap. 83.] Ex Pauli Sentent. lib. V. tit. 30 B, §. 1. quam restitutam habemus ex LL. Mos. Collatione tit. XIV, cap. 2. §. 1. 2, his verbis: Lege Fabia tenetur qui civem Romanum ingenuum, libertinum, servumve alienum celaverit, vendiderit, vinxerit, comparaverit ... humiliores aut in metallum dantur aut in crucem tolluntur, honestiores adempta dimidia parte bonorum in perpetuum relegantur; cfr. etiam Callistratus, fr. 6. §. 2. de lege Fabia de plag. (48, 15), et Papiani Burgund. tit. 20. Cap. 84.] Ex Constantini lege a. 317, c. 4 Iust. de servis fugit. (6, 1), quam in integro Theodosiano codice sub tit. 9. libri 5. scriptam fuisse certum est: Quicumque fugitivum servum in domum vel in agrum inscio domino eius susceperit, eum cum alio pari vel viginti solidis reddat.

85. Servos sollicitatos ab altero vel furto ablatos, si scientes alii susceperunt, non tantum de his susceptis conveniri, et eos reddere debent, sed etiam ad poenalem actionem furti detinendi sunt.

86. Qui servum alienum invito domino apud se tenuerit, furti est actione pulsandus.

87. In fuga positus servus nec vendi, nec donari potest. 5

88. Si abactor, sollicitator ac fur, antequam per auctoritatem iudicis vincatur, mortuus fuerit, haeredes eius pro delicto auctoris sui in nullo teneantur obnoxii, nisi ob earum tantum rerum repetitionem, quas ad eos pervenisse constiterit.

89. Si quis sibi, ut aliquem terreat, militiam confi[n]xerit^a, vel adsumpserit quam non habet potestatem, viliores fustibus caesi perpetuae relegationis mala sustineant, honestiores 10 exilii patiantur incommoda.

90. Qui testamentum, codicillum, tabulas, rationes, gesta, libellos, cautiones, epistolas in fraudem alterius quocunque loco deleverint, mutaverint, subiecerint, subrepserint, incenderint, raserint, aut aes, argentum vel ferrum inauratum scientes pro auro dederint vel vendiderint vel subposuerint, quique pro argento stannum subiecerint, vel 15 exteriorum circum solidi praeciderint, quive, ut id fieret, iusserint, operamve dederint, poenam sustineant falsi^b crimini constitutam.

91. Qui testibus pecuniam dederit, ut falsum testimonium dicant, vel certe quod sciunt taceant, aut non exprimant veritatem, vel iudici praemium dederint, ut sententiam contra iustitiam dicat, vel non iudicet, humiliores capite puniantur, honestiores bonorum 20 suorum amissione multentur.

92. Si sponsa persuasa ab sponso ad eius domum non tradita venerit, sponsus raptoris crimine non teneatur.

93. Invitus pater familiam^c suam in matrimonium nulli dare compellatur.

94. Parentes qui cogente necessitate filios suos alimentorum gratia vendiderint, ingenuitati eorum non praeiudicant; homo enim liber pretio nullo aestimatur. 25

95. Nec pro pignore filii a parentibus alicui dari possunt: et si sciens creditor ingenuos pro pignore a parentibus susceperit, in exilium dirigitur. Operas enim tantum parentes filiorum, quos in potestate habuerint, locare possunt.

96. Qui in libertate degens ad servitutem vocatur, rei partes sustinet: ideo petitori 30 eius, vel illi qui se dominum dicit, incumbet servum suum docere. Si vero ex possessione servitutis in libertatem reclamet, defensori eius necesse est liberum comprobare.

a) confixerit P. b) falso P. c) filiam?

Si vero secundo vel tertio eum susceperit, praeter ipsum duos vel tres alios vel praedictam aestimationem pro unoquoque domino repraesentet Sane mancipium torqueri oportet, ut manifestetur, utrum propter lucrum capiendum callide a domino ad domum vel agrum eius, qui suscepit, immissus est, an non. Quodsi maligne factum esse ex servi interrogatione patuerit, serpo etiam suo eum, qui hoc fecerit, privari oportet, et ad fiscum pertinere mancipium; cfr. supra cap. 80. Cap. 85. 86.] Cfr. fr. 11. §. 2 de servo corrupto (11, 3). Alexander a. 225, c. 6 eod. (6, 2). Cap. 87.] Ex lege Diocletiani a. 287. c. 6 init. Iust. ad leg. Fabiam (9, 20): In fuga servum constitutum neque vendere neque donare licet. Simil. Pauli Sent. lib. I. tit. 6 A. §. 2. Cap. 88.] Cfr. c. un. Iust. Ex delict. defunct. (4, 17.) Cap. 89.] Ex Pauli Sent. lib. V. tit. 25. §. 12: Qui insignibus altioris ordinis utuntur, militiamque confingunt, quem terreat vel concutiant, humiliores capite puniuntur, honestiores in insulam deportantur. Cap. 90.] Ex Pauli Sent. lib. V. tit. 25. §. 5: Qui rationes, acta, libellos, album propositum, testationes, cautiones, chirographa, epistolas sciens dolo malo in fraudem alicuius deleverit, mutaverit, subiecerit, subscripserit, quive aes inauraverit, argentaverit, quive cum argentum vel aurum poneret, aes stannumve subiecerit, falsi

poena coercetur. exteriorum circum] Cfr. Procop. de bello Goth. III, 1. Dahn Procop. p. 300. Cap. 91.] 35 Ex Pauli Sent. lib. V. tit. 25. §. 2: Qui ob falsum testimonium perhibendum vel verum non perhibendum pecuniam acceperit, dederit, iudicemve ut sententiam ferat vel non ferat, corrupit corrupendumve curaverit, humiliores capite puniuntur, honestiores publicatis bonis 40 cum ipso iudice in insulam deportantur. Cap. 92.] Cfr. c. 1 init. Theod. de raptu virg. (9, 24) et Gratiani can. 5. 9. C. 36 qu. 2. Cap. 93.] Cfr. tit. Theod. Si quacunq[ue] praeditus pot. (3, 11), tit. Iust. eod. (5, 7). Cap. 94. 95.] Ex Pauli Sent. lib. V. tit. 1. §. 1: Qui 45 contemplatione extremae necessitatis aut alimentorum gratia filios suos vendiderint, statui ingenuitatis eorum non praeiudicant; homo enim liber nullo pretio aestimatur. Idem nec pignori ab his aut fiduciae dari possunt; ex quo facto sciens creditor deportatur. 50 Operae tamen eorum locari possunt. Cap. 96.] Simil. Ulpianus, lib. 54 ad Edictum, fr. 7. §. 5. de liberali causa (40, 12): Si quis ex servitute in libertatem proclamat, petitoris partes sustinet: si vero ex libertate in servitutem petatur, is partes actoris 55 sustinet, qui servum suum dicit . . . Et si forte apparuerit, eum qui de libertate sua litigat, in libertate sine dolo malo fuisse, is qui se dominum dicit, actoris partes sustinebit, et necesse habebit servum suum

97. Qui casam, domum, aut villam alienam inimicitarum causa incenderit: si servus, colonus, ancilla, originarius fuerit, incendio concremetur: si ingenuus hoc fecerit, restituat quicquid dispendii acciderit per illud, quod commovit, incendium, aedificiumque renovet, et aestimationem insuper consumptarum rerum pro poena talis facti cogatur
5 exsolvere; aut si hoc sustinere pro tenuitate nequiverit, fustibus caesus perpetui exilii relegatione plectatur.

98. Ex eo vero incendio, quod incaute servus aut colonus in domini sui agro supponit, si vicini forte arbores frugiferas, aut sylvas, vineta, vel segetem laeserit, sive aliud quodlibet dispendium adtulerit, aut aestimatione habita dominus^a eius, per quem vicino
10 damnum continget, sarciat atque compenset: aut ipsum qui ignem supposuit, si hoc magis elegerit, pro facti culpa tradat iudici puniendum.

99. Qui hominem sine audientia et sine potestate vel iurisdictione iudicis competentis immerito iusserit vel suaserit occidi, tanquam reus homicidii occidatur.

100. Servus alienus in alterius caput torqueri non potest: nisi delator, aut accusator, cuius
15 interest probare quod intendit, precium eius, quantum dominus taxaverit, inferre paratus sit.

101. Qui servum ideo comparavit, ne adversum se torqueretur, restituto pretio resoluta venditione, adversum eum qui fraudulenter emerat, debet subiici quaestioni.

102. Si servus ad hoc fuerit manumissus ne torqueatur, quaestio de eo nihilominus haberi potest.

20 103. Ubi quod facinus commissum dicitur, ibi deferendum et vindicandum est. Hi enim qui accusantur, de provincia ad aliam provinciam transferri non debent, ne per longum iter eripiantur, aut fugiant: nec interest si ingenui, vel liberti, vel servi sint, qui aliquid criminis commisisse dicantur.

104. Qui effodiunt terminos, vel exarant limites, finem scilicet designantes, aut
25 arbores terminales evertunt, si servi sunt aut coloni, et sine conscientia vel iussu domini fecerint, [*capite*]^b puniantur. Si vero hoc imperante domino factum esse constiterit, idem dominus tertiam partem bonorum suorum perdat, fisci viribus profuturam: servo ipso aut colono nihilominus capite puniendo.

105. Eos terminos observandos, quos duorum fundorum dominus inter utrumque
30 praedium, cum ex his unum alienaret, servari debere constituit; non eos, qui singulos fundos antiqua institutione separabant.

106. Quoties aliquod negotium consensu litigantium aut sententia iudicis sacramentis fuerit diffinitum, retractari non poterit: nec de periurio agere cuiquam vel movere permittitur quaestionem.

35 a) dominis P. b) sic cum Dahnio supplendum videtur.

probare. Quodsi pronuntiatum fuerit, eo tempore quo lis praeparabatur, in libertate eum non fuisse, aut dolo malo fuisse, ipse qui de libertate sua litigat, debet se liberum probare. Cap. 97.] Ex Pauli
40 *Sent. lib. V. tit. 20. §. 2: Qui casam aut villam inimicitarum gratia incenderunt, humiliores in metallum aut in opus publicum damnantur, honestiores in insulam relegantur; cfr. §. 1. et tit. 3. §. 6. ibid. Cap. 98.] Ex Pauli Sent. lib. V. tit. 20. §. 3. 4:*
45 *Fortuita incendia, quae casu venti ferente vel incuria ignem supponentis ad usque vicini agros evadunt, si ex eo seges vel vinea vel olivae vel fructiferae arbores concrementur, datum damnum aestimatione sarciatur. Commissum vero servorum, si domino*
50 *videatur, noxae deditio sarciatur. Cap. 99.] Cfr. Pauli Sent. lib. V. tit. 26. §. 1. Ibid. tit. 23. §. 11. Cap. 100.] Ex Pauli Sent. lib. V. tit. 16. §. 3: Servi alieni in alterius caput non nisi singuli torqueri possunt, et hoc invito domino non est permittendum, nisi*
55 *delator, cuius interest quod intendit probare, pretia eorum quanti dominus taxaverit inferre sit paratus, vel certe deterioris facti servi subire taxationem. Cap. 101.] Ex eod. lib. V. tit. 16. §. 7: Qui servum*

ideo poterit interrogari. Cap. 102.] Ex eod. lib. V. tit. 16. §. 9: Si servus ad hoc fuerit manumissus, ne torqueatur, quaestio de eo nihilominus haberi potest. Cap. 103.] Ex c. 10 Theod. de accusat. (9, 1): Ultra provinciae terminos accusandi licentia non progrediatur. Oportet enim illic criminum iudicia agitari, ubi facinus dicitur admissum. Simil. c. 16 eod. Ulpianus de off. procons., fr. 7. §. 4 eod. (Dig. 48, 2): servos ibi puniendos, ubi deliquisse arguantur, dominumque eorum, si velit eos defendere, non posse revocare in provinciam suam. Cap. 104.] Ex Pauli Sent lib. V. tit. 22. §. 2: Qui terminos effodiunt vel exarant, arborum terminales evertunt, siquidem id servi sua sponte fecerint, in metallum damnantur, humiliores in insulam amissa tertia parte bonorum relegantur, aut exulare coguntur. Cap. 105.] Ex Pauli lib. 3. responsor., fr. 12. fin. regundor. (10, 1): Eos terminos, quantum ad dominii quaestionem pertinet, observari oportere fundorum, quos demonstravit is, qui utriusque praedii dominus fuit, quum alterum eorum venderet; non enim termini, qui singulos fundos separabant, observari debent, sed demonstratio ad finium novos fines inter fundos constituere. Cap. 106.] Simil. Ulp. fr. 7 Dig. de iureiurando (12, 2). Idem fr. 56 Dig. de re iudicata (42, 1).

107. Qui auctor seditionis vel in populo vel in exercitu fuerit, incendio concremetur.

108. Si quis pagano ritu sacrificare fuerit deprehensus, arioli etiam atque umbrarii, si reperti fuerint, sub iusta aestimatione convicti, capite puniantur; malarum artium conscii, id est malefici, nudati rebus omnibus, quas habere possunt, honesti perpetuo damnantur exilio, humiliores capite puniendi sunt.

109. Si servus aut colonus domino nesciente violenter aliqua rapiat, dominus eius intra annum in quadruplum, post annum in simplum convenietur: aut pro noxia certe, si hoc magis elegerit, ipsum servum vel colonum noverit ad poenam iudici contradendum, ita ut, quod ad eum ex ipsa servi violentia pervenisse constiterit, reddat; aut si conventus eum fugisse dixerit, executionem eius conquerenti dedisse sufficiat.

110. Qui sepulchrum destru[erit]^a, occidatur.

111. Qui intra urbem Romam cadavera sepelierit, quartam partem patrimonii sui fisco sociare cogatur: si nihil habuerit, caesus fustibus civitate pellatur.

112. Damnatorum ex quibuslibet criminibus bona filiis primum ac parentibus vel propinquis usque ad tertium gradum proficiant: quod si eos non habuerint, fisco omnia solvantur^b.

113. Si curialis damnatus filios reliquerit, totum quod dimisit, ipsi capiant: si non habuerit filios, ad curiam eius perveniant facultates; excepta causa maiestatis, in qua omnium damnatorum bona nec ad filios, si habeant, sed ad solum fiscum, secundum legum cauta, necesse est pervenire.

114. Si addictos damnatosque iudiciis clerici vel quilibet alii violenter eruerint, ipsi ad poenam vel ad dispendia teneantur, quae sententia in convictos prolata monstrabitur: et si conniventia iudicis vel conludio hoc claruerit perpetratum, quinque auri libras idem iudex cogatur exsolvere.

115. Qui pecuniam fisco vel publicis rationibus competentem furandi studio tulerit, eam reddat in quadruplum.

116. Qui sciens ex rapinis aliqua a raptore, id est fure, servanda susceperit, eadem qua raptor poena teneatur.

117. Servus si furtum fecerit, vel damnum cuilibet dederit, nisi eius dominus hoc pro sui qualitate reddere vel sarcire paratus sit, noxae eum dare cogitur: quod et de animalibus faciet, si alicui damna generaverint.

118. Si propter furtum servi dominus conventus furem ipsum magis tradere, quam defendere eum in iudicio voluerit, illa etiam quae ad eum ex ipso furto pervenisse constiterit, pariter debet exsolvere.

a) destruerit P. b) soluentur P.

Cap. 107.] Hoc poenae genus nova lege Theodericus seditioni minatus est. Cap. 108.] Simil. c. 6. 23 Theod. de paganis (16, 10) et c. 23 eod. a Theoderico mutata; cfr. Lex Wisig. VI, 2. cap. 1. 3. Edict. Langob. Liutpr. c. 84. 85. Cap. 109.] Ex rescripto Diocl. et Max. a. 293. const. 4 Iust. de noxalib. (3, 41): *Si servus ignorante domino, vel sciente et prohibere nequeunte, res tuas vi rapuerit, dominum eius apud praesidem provinciae, si necdum utilis annus excessit, quadrupli: quod si hoc effluxit tempus, simpli noxali iudicio convenire potes. Qui si noxae maluerit servum dedere, nihilominus cum ipso, quantum ad eum pervenit, experiri non prohiberis*; cfr. infra cap. 118. 120. Cap. 110.] Cfr. Novella Theod. et Val. tit. XXII. §. 2. 3. 4. pag. 200. 201 ed. Haenel. Cap. 111.] Simil. c. 6. Theod. de sepulchris viol. (9, 17), ubi tamen *tertia* partis bonorum poena statuitur. Cap. 112.] Ex c. 2 Theod. de bonis proscriptorum (7, 42), ita ut posterior c. 23 ibid. a Theoderico abrogata videatur. Cap. 113.] Ex c. 24. §. 1. Theod. Cod. (7, 42): *Decurioni vero, ... si liberos non habeat, succedat curia, bonaque universa detineat aut per se, aut suo ordinatura periculo munera subiturum. Sin erit soboles curiali, quam municipales sibi vindicent functiones, integris fortunis fulciatur. legum cauta]* c. 2. 23 cit. Cap. 114.] Simil. c. 5. Theod. de custodia reor. (9, 3). Lex Wisigoth. lib. VII. tit. 4. c. 3. *si conniventia iudicis rell.]* Haec ipse rex statuisse videtur; cfr. c. 7 Theod. de accus. (9, 1). Cap. 115.] Ex Pauli Sent. lib. V. tit. 27 §. 1: *Si quis fiscalem pecuniam attrectaverit, subripuerit, mutaverit, seu in suos usus converterit, in quadruplum eius pecuniae, quam sustulit, condemnatur.* Cap. 116.] Simil. Diocletianus c. 14 Iust. de furtis (6, 2). Cap. 117.] Partim ex Pauli Sent. lib. II. tit. 31. §. 7, partim ex illa Pauli interpretatione, a qua etiam Wisigothi atque Burgundiones hauserunt. Nam ipse Paulus ait: *Servus qui furtum fecerit damnumve dederit, nisi id pro sui quantitate dominus sarcire sit paratus, noxae dedi potest.* In interpretatione Wisigothica autem habetur: *vel damnum, item qualitate, et tradere debet; in lege Romana Burgundionum tit. 15. §. 1. pariter legitur sui qualitate, item dare cogitur. quod et de animalibus rell.]* Simil. Paul. I, 15. §. 1. et leg. Rom. Burgund. tit. 13. §. 1. Cap. 118.] Simil. Diocl. c. 4 med. Iust. de noxalib. actionib. (3, 41) in verbis: *quantum ad eum pervenit.*

119. Si quid de taberna^a vel stabulo perierit, ab his qui locis talibus praesunt, vel qui in his negotiantur, repetendum est, ita ut praestent sacramenta de conscientia sua suorumque, et si hoc fecerint, nihil cogantur exsolvere; aut certe quantum petitor iuraverit se in eo loco perdidisse, restituant.

5 120. Si servus furtum fecerit, et manumissus a domino fuerit, vel venditus alteri, vel donatus, causam de furto tum^b ipse manumissus dicat, vel ille qui eum emit, aut cui donatus est. Noxa enim semper caput sequitur. Et non solum is qui furtum facit, sed etiam is cuius opera vel consilio furtum factum fuerit, furti actione tenebitur.

121. Si procuratori vel conductori^c sive colono vel servo alicuius, invito vel nesciente 10 domino, mutuum pecuniam quis dederit, nec ipsi domino, nec rei eius aliquod praeiudicium comparetur: sed ex peculio servi vel coloni, considerata vel servata prius indemnitate domini, consulatur petitionibus creditoris.

122. Amittant repetitionem debiti creditores, qui cautiones debitorum suorum potentibus tradiderint, et per eos magis exactionem mutuae pecuniae voluerint procurare.

15 123. Capiendorum pro suo arbitrio pignorum unicuique licentiam denegamus: ita ut, si probabile fuerit, hoc agendi iudicis praestet auctoritas.

124. Creditor si debitori suo res sibi non obligatas violenter rapiat, intra annum criminis admissi conventus, sub poena quadrupli praesumpta restituat: post annum vero in simplum debet exsolvere. Quod etiam de fructibus violenter ablati servari debere 20 legum ratio persuadet.

125. Si quis de ecclesiis, id est locis religiosis, homines traxerit, vel aliquid violenter crediderit auferendum, capite puniatur.

126. Nullus post haec curialium sive tabulariorum aut susceptorum in ecclesia residens pictacia delegationis emittat: sed si quem fisco debitorem novit, exponat eum 25 extra ecclesiam constitutus, aut certe deleget facturum cum eo, qui se debitorem negaverit, publice rationem. Quod si invitum quis, cum sibi delegatur, et se non debere clamaverit, violenter crediderit exigendum, in quadruplum extorta restituat.

127. Delegari nemo debet invitus: sed si is qui a creditore suo delegatur, consensum delegationi praebens debere se fateatur, et redditurum spondeat, quod promisit, cogatur 30 exsolvere.

128. Filius in potestatem patris positus, vel servus aut colonus, si a patre vel domino in qualibet culpa non defendantur de ipso delicto vel crimine, tradendi sunt iudici competenti: nisi forte filiusfamilias ipse defendere pro delicto, quo impetetur, in iudicio se voluerit.

129. Qui per mendacium vel subreptionem aliquid impetraverit, nec ipsi prosit, nec 35 alterum laedat.

130. Quod promissum fuisse constiterit, ut fur comprehendatur, merito debetur, et oportet exsolvi.

a) naue addit index. b) tam P. c) actori in indice habetur.

Cap. 119.] Cfr. Paulus Sent. II, 31. §. 16. tit. Dig. Nautae caupones (4, 9). sacramenta de conscientia] Haec iuris Germanici esse videntur. Cap. 120.] Ex Pauli Sent. II, 31. §. 8: Si servus furtum fecerit, deinde manumissus fuerit aut alienatus, cum ipso manumisso vel emptore agi potest; noxa enim (semper sola interpretatio addit) caput sequitur. Et non solum rell.] Ex §. 10. ibid.: Non tantum qui furtum fecerit, sed etiam is, cuius opera aut consilio furtum factum fuerit, furti actione tenebitur. Cap. 121.] Simil. c. 2 Theod. de pignor. (2, 30); cfr. c. un. Theod. de peculio (2, 32). Cap. 122.] Simil. c. un. Theod. de actionib. ad pot. transl. (2, 13), praesertim in verbis interpretationis: Qui cautiones exigendas potentibus dederint, omne debitum perdant, quia ubi potest esse repetitio, potestas ad exigendum non debet a creditoribus invitari. cfr. supra cap. 43—47. Cap. 123.] Ex Pauli Sent. V, 26. §. 4. in verbis: si sine iussu praesidis per vim debitoris sui pignora ... ceperit. Simil. Cassiodor. Var. IV, 10. Cap. 124.] Simil. Pauli Sent. V, tit. 26. §. 4 in verbis: cum non habuerit obligata; cfr. Modestinus, fr. 8. ad leg. Iul. de vi privata (48, 7). Ulp. fr. 14. §. 7. Quod metus (4, 2). Cap. 125.] Simil. Honor. et Theod. a. 414, c. 2 Iust. de his qui ad eccl. confug. (1, 12). Leo a. 431, c. 6 eod. Cap. 126.] Cfr. tit. Theod. de fisci debitorib. (10, 16). Interiisse tamen eam legem, ex qua cap. 126. manavit, nullus dubito. pictacia] De susceptorum et actuariorum pittaciis cfr. c. 11. 13. 16 Theod. de erog. milit. annonae (7, 4). Alius generis pittacia accipienda sunt c. 29. §. 1. Theod. de petitionib. et ultro datis (10, 10) et Cassiod. Variar. I, 18. III, 35. XII, 20. De susceptoribus infra c. 144. 149. Cap. 127.] Simil. Diocl., c. 6. Iust. de novationib. (8, 42): nec creditoris creditori quisquam invitus delegari potest; item c. 7 eod.: si solvere pecuniam delegatus dare spondit; cfr. c. 1 eod. Cap. 128.] Simil. Pomponius ad Sabin., fr. 33. Dig. de noxalib. actionib. (9, 4). Cap. 129.] Cfr. c. 2 Iust. Si contra ius (1, 22). Supra cap. 34. Cap. 130.] Ex Pauli Sent. II, 31. §. 24: Ob indicium comprehendendi furis praemium promissum iure debetur.

131. Qui de debito in iudicio convicti vel condemnati fuerint, intra duos menses a die latae sententiae solutionem procurare debent: quod si non fecerint, per auctoritatem iudicis, ad eius petitionem qui vincet, capi eorum pignora debent et distrahi: ut quod sententia iuste lata constituit, possit impleri.

132. Qui possessor ad iudicium venit, non est cogendus dicere unde tenet, nec onus ei debet probationis imponi: quia hoc magis petitoris officium est, ut rem quam repetit, doceat ad se pertinere.

133. Mulier, etiamsi per cautionem alienum debitum se reddituram spondeat, non tenetur.

134. Amittat sortem debiti creditor, qui ultra centesimam legitimam crediderit a 10 debitore poscendum.

135. Fideiussor qui redimendo pignora eius debitoris, pro quo fidem dixerat, a creditore liberavit, oblata sibi debita pecunia restituere pignora debitori compellatur.

136. Si quisquam rem suam nesciens a possessore conduxerit, nihil sibi praeiudicat, sed de proprietate ipsius agere poterit.

137. Si quis nesciens alienam aream esse, aedificium in ea construxerit, sumptus quos fecit, recipit: sed amittit, quam in solo alieno fecerat mansionem.

138. Si una res a duobus diversis temporibus comparetur, ille potior erit, et dominium eius magis acquirat, cui traditam fuisse claruerit.

139. Auctor venditionis, etiamsi privilegium habeat sui iudicis, tamen defensurus 20 venditionem suam, forum sequatur emptoris.

140. Qui de re comparata pertulerit quaestionem, ipse petitori respondere compellitur, nec ad auctorem suum proponentem repellit: quem necesse est hoc tantum ipse commoneat, ut factum suum in venditione^a defendat.

141. Quicumque fugere solitum vendiderit ignoranti, si emptorem quoque fugerit, et 25 precium venditor reddat, et damna sarciat, quae per eundem contigerint fugitivum.

142. Liceat unicuique domino ex praediis, quae corporaliter et legitimo iure possidet, rustica utriusque sexus mancipia, etiamsi originaria sint, ad iuris sui loca transferre, vel urbanis ministeriis adplicare, ita ut et illis praediis adquirantur, ad quae voluntate domini migrata fuisse constiterit, et inter urbanos famulos merito censeantur: nec de eiusmodi 30 factis atque ordinationibus, velut sub oppositione originis, quaestio ulla nascatur. Alienare etiam supradictae conditionis homines liceat dominis, absque terrae aliqua portione, sub scripturae adtestatione, vel cedere, vendere cui libuerit, vel donare.

143. Circa Iudaeos privilegia legibus delata servantur: quos inter se iurgantes et suis 35 viventes legibus eos iudices habere necesse est, quos habent observantiae praeceptores.

a) sic ex coniectura posui, ut cap. 139; inditione P.; iudicatione P. in marg.

Cap. 131.] Simil. rescriptum D. Pii, quod extat apud Callistratum lib. 2 de cognitionibus, fr. 31 Dig. de re iud. (42, 1). Sed auctor edicti ex Gregoriani potius codice, quam ex Callistrati libris hoc rescriptum exscripsisse videtur. *capi pignora et distrahi*] Ex Pauli Sent. V, 5 A §. 4: *Eorum qui debita confessi sunt, pignora capi et distrahi possunt.* Cap. 132.] Simil. Arcad. et Honorius, c. 12 Theod. de fide testium (11, 39). Cap. 133.] Cfr. quae a Iustiniano in const. 22. 23. pr. ad S. C. Velleianum (4, 29) de antiqui iuris varietate circa mulierum intercedentium cautiones referuntur. Cap. 134.] Cfr. c. 2 Theod. de usuris (2, 33), ubi poena quadrupli in creditorem statuitur. Sortis amissionem huic poenae generaliter substitutam videmus in lege Romana Burgundionum tit. 31. §. 4, item in lege Romana S. Galli (pag. 71 ed. Haenelii). Aliter in interpretatione Wisigothica, quae senatores tantum sortis amissione plecti vult, ad c. 4 Theod. eod. tit. Cap. 135.] Cfr. Diocl. et Maxim. c. 21 Iustin. de pignorib. (8, 14). Cap. 136.] Simil. Diocl. et Max., c. 20. 25 Iust. de locato (4, 65). Cap. 137.] Simil. Gaius rer. cottid. lib. 2, fr. 7. §. 12

A.R.D. (41, 1). Cap. 138.] Ex const. Diocl. et Max. a. 286, c. 4 Cod. Greg. de rei vind. (3, 2): *Quoties eadem res a domino diversis temporibus pluribus venundatur, eum potiore esse, cui possessio primum tradita est.* 40 Cap. 139.] Ex Pauli lib. 3. responsorum, fr. 49 pr. Dig. de iudiciis (5, 1): *Venditor ab emptore denuntiat, ut eum evictionis nomine defenderet, dicit se privilegium habere sui iudicis: quaeritur, an possit litem ab eo iudice, apud quem res inter petitorum 45 et emptorem coepta est, ad suum iudicem revocare? Paulus respondit, venditorem emptoris iudicem sequi solere.* Cap. 140.] Cfr. Hermogenianus, fr. 74. §. 2. de evictionib. (21, 2.). Cap. 141.] Ex Pauli Sent. II, 17. §. 11: *Servus bona fide comparatus si ex 50 veteri vitio fugerit, non tantum pretium dominus, sed et ea, quae per fugam abstulit, reddere cogetur.* Cap. 142.] Simil. c. 13. §. 1. Cod. Iust. de agricolis (11, 47). Novella Valent. III. tit. de episcopali iudicio (lib. II. tit. 35) §. 18. verbis: *nisi forte duorum 55 praediorum unus dominus cett. Alienare etiam rell.] Hoc iure Romano vetitum erat c. 7 de agricolis (11, 47). Cap. 143.] Cfr. c. 13. 15. Theod. de Iudaeis (16, 8).*

144. Quicumque susceptores fuerint fiscalium titulorum, in emittendis possessorum securitatibus nomine singularum possessionum, professionem earum evidenter designent acceptam quoque pro earum functione exponant pecuniae quantitatem. Quod si aliquis professionem locorum, nomina summamque perceptae pecuniae, in securitatibus a se factis comprehendere forte noluerit, et huius culpa reus in iudicio fuerit adprobatus, quadruplum eius pecuniae, quam possessor se dedisse probaverit, eidem cogatur exsolvere. Quod etiam circa discussorem similiter convenit custodire, si de quibus titulis quas^a summas a praesumptoribus vel reliquatoribus exegerint, in securitatibus emittendis signare noluerint.

145. Si quis barbarorum tertio competentis iudicis auctoritate conventus, et edictis sollemniter in clamatus, ad iudicem, cuius praeceptione conventus est, venire neglexerit, merito sub discussione causae sententiam excipiet contumaciae, adeo ut iudicetur, de quo conventus est, perdidisse negotium: dummodo tertio quemlibet capillatorum fuisse conventum, aut cautionis ab eodem emissae fides ostendat, aut ingenuorum vel honestorum testium dicta confirmet, quibus manifestè clareat, auctoritate pulsatum, contempsisse dare responsum, nec voluisse ad iudicium convenire.

146. De frugibus ab aliquo ex fundo cuiuslibet sublatis, tam colonus, quam dominus, quia utriusque interest, agere potest.

147. Placita bona fide et definita venditio a venditore rescindi non potest: sed pretium, quod ab emptore debetur, repetendum est.

148. Servi aut coloni ab hostibus capti et reversi, domino restituantur, si non sunt ante ab altero, vendentibus hostibus, in commercio comparati.

149. Si quis exactorum vel susceptorum maiorem mensuram vel maius pondus adhibuerit, dum fiscales traduntur species, quam publicae ordinationis moderatio antiquitus provisa constituit, ad iudicem continuo cum ipsis mensuris et ponderibus deducatur: ut si fuerit de eorum iniquitate convictus, inde quadruplum pro utilitate illius, quem gravavit, male susceptarum specierum damna sustineat. Quod etiam circa negotiatores observari debere censemus, in commerciis si iniusta pondera vel mensuras adhibuisse fuerint adprobati.

150. Nulli liceat invito [*domino*]^b, rustico alieno operas aut obsequium imperare, nec eius mancipio aut bove uti, nisi hoc forte idem rusticus aut conductor ipsius, vel dominus sua voluntate praestiterit. Qui contra fecerit, det pro unius rustici, vel unius bovis diurna opera, quam praesumpsit, auri solidum unum.

151. Sive seges aliena, sive quaelibet arbor cuiusque dolo deiecta fuerit, aut aliquid damni provenerit, in quadruplum eius nomine, qui hoc fecerit, addicatur.

152. Si alienus servus ab aliquo, vel rusticus occidatur, in potestate habet dominus eius aut criminaliter de obnoxii sui morte agere, et homicidam capitaliter accusare; aut de damno certe amissi mancipii civiliter actionem proponere, ita ut pro uno servo occiso duos tales recipiat.

a) reliquas Lind. b) sic P. in marg.; inuitus, om. domino P.

Cap. 144.] Ex lege Gratiani, Val. et Theodosii a. 383, c. 18 Theod. de susceptoribus (12, 6): *Quisquis post-hac, quem exactionis vel susceptionis provincia manet, non specialiter et quid, et in qua specie, et ex quibus titulis, et pro qua indictione videatur accepisse, rescripserit, quadrupli eius rei, quam debitor dedisse se dicit, illatione mulctetur.* Cfr. lex Arcadii et Honorii a. 396, c. 8 Theod. de censitoribus (13, 11): *Peraequatores ac discussores, quorum nobis data sunt nomina . . . quae in damnum provincialium fuerint accepisse convicti, in quadruplum cogentur exsol-*
 50 *vere.* Cfr. Valentiniani III. novella de indulgentiis reliquorum tit. 1. c. 3, col. 124 ed. Haenel. Cassiodor. Var. IV, 38. IX, 10. XII, 2. 14. et supra cap. 126, infra cap. 149. Cap. 145.] Simil. supra cap. 5. *capillatorum*] i. e. Gothorum. Iordanis
 55 chron. c. 11. Cassiodor. Var. IV, 49. *cautionis*] scil. iudicio sisti; cfr. supra cap. 73. Cap. 146.] Ex Pauli Sent. II, 31. §. 30: *Frugibus ex fundo sur-reptis tam colonus quam dominus furti agere possit:*

quia utriusque interest rem persequi. De libero conductore Paulum sensisse palam est, nec alio sensu edicti verba accipienda sunt; cfr. supra cap. 22. Cap. 147.] Simil. Diocl. et Maxim., c. 3 Iust. de rescind. vend. (4, 44). Cap. 148.] Simil. Diocl. et Max. c. 10 Iust. de postliminio (8, 51). Cap. 149.] Simil. c. 1. 3. Theod. de superexactionib. (11, 8), c. 8 Th. de censitoribus (13, 11); cfr. c. 19. 21 pr. Th. de susceptoribus (12, 6), Novella Maioriani de curialib. §. 15; Cassiodori Variar. XI, 16. et supra cap. 126. 144. *circa negotiatores*] Haec ab ipso rege manasse videntur. Communia tamen circa curiales et negotiatores statuuntur a Maioriano in novella lege de curialibus §. 17 (col. 323. 324 ed. Haenel). Cap. 150.] Hanc constitutionem solus Theodericus emisisse videtur; cfr. Cassiodor. Variar. V, 39 in fine. Cap. 151.] Ex Pauli Sent. II, 31. §. 25: *sive segetes per furtum sive quaelibet arbores caesae sint, in duplum eius rei nomine reus convenitur.* Cap. 152.] Cfr. c. un. Theod. Victum civiliter et cri-

153. Uxor pro marito non debet conveniri: res eius aut sponsalis munificentia pro marito obnoxietate poscatur, legum prudentia et moderatione servata.

154. Die solis, qui dominicus nuncupatur, sed et diebus paschalibus, nullum praecipimus conveniri: qui contra fecerit, sacrilegii reus habeatur.

155. Haec quantum occupationes nostrae admittere, vel quae nobis ad praesens 5 occurrere potuerunt, *cunctis*^a, tam barbaris quam Romanis, sumus profutura complexi: quae omnium barbarorum sive Romanorum debet servare devotio. Quae comprehendere nos vel edicti brevitatis, vel curae publicae non siverunt, quoties oborta fuerint, custodito legum tramite terminentur. Nec cuiuslibet dignitatis, aut substantiae, aut potentiae, aut cinguli vel honoris persona, contra haec, quae salubriter statuta sunt, quolibet modo credat 10 esse veniendum; quae ex novellis legibus, ac veteris iuris sanctimonia, pro aliqua parte collegimus: scituris cognitoribus universis, ac iura dictantibus, quod si in aliquo haec edicta fuerint violata, se proscriptionis deportationisque poena merito esse feriendos. Quod si forsitan persona potentior, aut eius procurator, vel vicedominus ipsius, aut certe conductor, seu barbari, seu Romani, in aliquo genere causae praesentia non permiserint 15 edicta servari, et iudex, cuius intererit, obsistere, aut vindicare, aut obviare non potuerit, in nostram illico, si sibi consulit, instructa ex omnibus relatione, dirigat, deposita totius formidinis suspicione, notitiam. Hac enim sola ratione a culpa esse poterit absolutus; quia quod pro omnium provincialium securitate provisum est, universitatis debet servare devotio. 20

EXPLICIT EDICTUM THEODERICI REGIS ^b.

a) *sic coni. Gloedenius, probante Walchio et Dahnio; a uictis P.; de uictis coni. Lind. pag. 1318; accitis olim mihi placuerat. Sed cunctorum deuotione seruanda etiam in regis prologo praecipuntur.* b) *in edd. Paris. a. 1579. 1588. haec adii-*
ciuntur:

LECTORI.

Quae sequuntur, sunt quidem e legibus Theoderici, sed Francorum, non Gothorum, aut Italiae Regis: ut et superior Sidonii Epistola ad Theodoricum pertinet illum, cui Avitus Aquitanias concessit, quem et idem auctor in Narbone et Panegyrico ad ipsum Avitum laudat. De quo te monitum non frustra volumus, simul et haec adiecta, ne quid desiderares.

Ingenuo homicida intra Ecclesiam posito, de interempti precio principis est expectanda 30 sententia: quia de precio occisorum nihil evidenter lex Romana constituit. Dominus vero noster statuit observari, ut si ingenuus ab ingenuo fuerit interemptus, et homicida ad Ecclesiam confugerit, is ipse qui homicidium admisit, cum medietate bonorum suorum occisi heredibus serviturus addicatur: reliqua medietas facultatis eius heredibus relinquatur. Si vero servus cuiuscunque occisus fuerit ab ingenuo, et ipse homicida ad Ecclesiam convolaverit, secundum servi 35 qualitatem infrascriptum Domino eius precium cogatur exsolvere, hoc est pro actore C. solid. pro ministeriali LX, pro aurifice electo C, pro fabro ferrario L, pro carpentario XL, pro aratore, aut porcario, aut virbicario aut aliis servis XXX. Hoc ex praecepto Domini Regis convenit observari.

At ea omnia iam in principe Cassiodori editione a. 1579. ad calcem Ennodii Ticinensis Panegyrici legebantur, 40 pag. 34. Pertinent autem ad Legis Romanae Burgundionum tit. II. in fine, quod nec Pithoeum fugerat: cum is ea illam solam ob causam hic adiecisse videatur, quod etiam in Theodosiani Codicis interpretatione Wisigothica, ad Novellarum Valentiniiani tit. III, occurrant (fol. 96 in ed. Sichardi) idque in nonnullis mutata. Nam ibi sic se habent: Dominus noster Theodericus rex Francorum statuit observari cett. Vide quae nos notavimus in ed. Papiani, LL. T. III. p. 596. 597. 45

min. agere posse (9, 20). *duos tales]* Haec in interpret. ad Pauli Sent. I, 13 A §. 5. 6. ad legem Aquiliam referuntur; rectius tamen de iuris Germanici poena agi videtur, quae non in duplo pretio, sed in dupla specie eiusdem generis solvenda consistebat. Cap. 153.] Simil. Diocl. et Max., c. 2. Iust. Ne uxor pro marito (4, 12). *res eius rell.]* Haec ad debitum primipilare trahenda esse, Rhonius non absurde coniecit. Vide Carum Carinum et Numerianum,

c. 4 Iust. In quib. c. pignus (8, 15). Cap. 154.] Ex c. 18 Theod. de feriis (2, 8) quae repetitur c. 3 Theod. de executoribus (8, 8) his verbis: *Solis die, quem dominicum rite dixere maiores, omnium omnino litium, negotiorum, conventionum quiescat intentio . . .* 50 *Et non modo notabilis, verum etiam sacrilegus iudicetur, qui a sanctae religionis instinctu rituve deflexerit; cfr. Papianus Burgundionum XI, 5. quod si forsitan rell.]* Cfr. supra cap. 10.

IN EDICTUM THEODERICI

EIUSQUE APPENDICES

FONTIUM AC VERBORUM INDICES.

I. INDEX LOCORUM IURIS ROMANI, QUORUM IPSA VERBA IN EDICTO REPETUNTUR.

(Quae similitudinis tantum causa notanda erant, uncinis inclusa sunt. Litteris *wisig.* ii loci indicantur, qui cum interpretatione Wisigothica magis, quam cum genuino contextu, conveniunt.)

1. Ex Paulli receptarum sententiarum libris.		Eorundem a. 293, c. 9 de noxalib. act. (Cod. Iust. 3, 41) cap. 109.
Lib. I. tit. 12 § 3	repeti videtur Edicti cap. 40.	(Eorundem a. 304, c. 10 ad leg. Fabiam (9, 20) „ 81.)
„ II. „ 17 „ 11	„ „ „ „ 141.	(Eorundem a. incerti, c. 20 de locato et conducto (4, 65) „ 136.)
(„ „ „ 26 „ 11	„ „ „ „ 62.)	
„ „ „ 31 „ 7. 8. (<i>wisig.</i>) 10 „	„ „ „ „ 117. 120.	
(„ „ „ „ 16	„ „ „ „ 119.)	
„ „ „ „ 24. 25	„ „ „ „ 130. 151.	
„ „ „ „ 30	„ „ „ „ 146.	
(„ IV. „ 7 „ 2	„ „ „ „ 41.)	
„ V. „ 1 „ 1	„ „ „ „ 94. 95.	
„ „ „ 5A „ 4	„ „ „ „ 131.	
„ „ „ „ 6 (<i>wisig.</i>)	„ „ „ „ 5.	
„ „ „ 12 „ 2	„ „ „ „ 33.	
„ „ „ 15 „ 5 (<i>wisig.</i>)	„ „ „ „ 42.	
„ „ „ 16 „ 3. 7. 9.	„ „ „ „ 100-102.	
„ „ „ 18 „ 2. 1. 4.	„ „ „ „ 56-58.	
„ „ „ 20 „ 2-4	„ „ „ „ 97. 98.	
„ „ „ 22 „ 2	„ „ „ „ 104.	
(„ „ „ 23 „ 11	„ „ „ „ 99.)	
„ „ „ 25 „ 12. 5. 2	„ „ „ „ 89-91	
„ „ „ 26 „ 1	„ „ „ „ 99.	
„ „ „ „ 3	„ „ „ „ 75.	
„ „ „ „ 4	„ „ „ „ 123. 124	
„ „ „ 27 „ 1	„ „ „ „ 115.	
„ „ „ 30B „ 1	„ „ „ „ 83.	
2. Ex Paulli libro tertio responsorum.		
Fr. 12 Finium regundor. (Dig. 10, 1)	cap. 105.	
Fr. 49 pr. de iudiciis (Dig. 5, 1)	„ 139.	
3. Ex Ulpiani libris de officio proconsulis.		
Lib. II. fr. 1 Quib. ad lib. (Dig. 40, 13)	cap. 82.	
Lib. V. fr. 79 pr. de iudiciis (Dig. 5, 1)	„ 74.	
Lib. VII. fr. 7 § 4 de accus. (Dig. 48, 2)	„ 103.	
Lib. VIII. fr. 1 § 1 de abigeis (Dig. 47, 14)	„ 57. 58.	
4. Ex Papiniani libro secundo de adulteriis.		
Fr. 8 ad legem Iuliam de adulter. (Dig. 48, 5)	cap. 39.	
5. Ex Callistrati libro secundo de cognitionibus.		
Fr. 31 de re iudicata (Dig. 42, 1)	cap. 131.	
6. Ex Aemilii Macri libro secundo de appellationibus.		
Fr. 1 § 3 Quae sententiae sine app. (Dig. 49, 8)	cap. 5.	
7. Ex codice Gregoriano vel Hermogeniani.		
Const. Alexandri Severi a. 224, nunc c. 6 de furtis (6, 2)	cap. 86.	
Const. Gordiani, nunc c. 3 ad legem Cornel. de sicariis (Cod. Iust. 9, 16)	„ 15.	
Const. Diocletiani et Max. a. 286, in fragmentis codicis Greg. lib. III. tit. 2 c. 4	„ 138.	
Eorundem a. 287, const. 6 ad legem Fabiam (Cod. Iust. 9, 20)	„ 87.	
Eorundem a. 290, c. 9 de testamentis (Cod. Iust. 6, 23)	„ 28.	
8. Ex Theodosiano codice.		
Lib. II. tit. 8 c. 18	repeti videtur Edicti cap. 154.	
„ „ „ 13 c. unica (<i>wisig.</i>) „ „ „	„ 43. 44. 122.	
„ „ „ 14 c. un. ¹	„ „ „ 46.	
(„ „ „ 30 c. 2	„ „ „ 121.)	
(„ „ „ 33 c. 2. 4 (<i>wisig.</i>) „ „ „	„ 134.)	
„ III. „ 8 c. incerta a. 380, nunc c. 1 Cod. Iust. de secundis nuptiis (5, 9) et c. 4 ad SC. Tertullianum (6, 56)	„ 37.	
„ „ „ 16 c. 1 (<i>wisig.</i>)	„ 54.	
„ IV. „ 4 c. 1. 3 (<i>wisig.</i>)	„ 28.	
„ „ „ 14 c. un.	„ 12.	
„ „ „ 22 c. 3	„ 10. 11.	
„ V. „ 2 c. un.	„ 27.	
„ „ „ 3 c. un.	„ 26.	
„ „ „ 9 c. incerta, nunc c. 4 Iust. de servis fugitivis (6, 1)	„ 84.	
„ „ „ 10 c. un.	„ 65-68.	
„ VII. „ 42 c. 2. 24	„ 112. 113.	
„ VIII. „ 8 c. 3 (sive II, 8 c. 18)	„ 154.	
„ „ „ 12 c. 1. 8	„ 51-53.	
„ IX. „ 1 c. 10	„ 103.	
„ „ „ 1 c. 11. 19	„ 13.	
„ „ „ 1 c. 15 (<i>wisig.</i>)	„ 14.	
„ „ „ 6 c. 3	„ 48. 49.	
„ „ „ 10 c. 4 (<i>wisig.</i>)	„ 77.	
„ „ „ 17 c. 6	„ 111.	
„ „ „ 24 c. 1 (<i>wisig.</i>)	„ 17-19.	
„ „ „ „ 2	„ 61.	
„ „ „ „ 3 (<i>wisig.</i>)	„ 20.	
„ „ „ 25 c. 1	„ 61.	
„ „ „ 27 c. 2	„ 3.	
„ „ „ 45 c. 1. 5	„ 70. 71.	
„ X. „ 10 c. 2	„ 35.	
„ „ „ „ 4	„ 50.	
„ XI. „ 8 c. 1. 3	„ 149.	
„ „ „ 30 c. 42. 22	„ 55.	
„ „ „ 39 c. 12	„ 132.	
„ XII. tit. 6 c. 18	„ 144.	
(„ XVI. tit. 10 c. 6. 23	„ 108.)	
9. Ex novellis legibus post Theodosianum codicem editis.		
Novella Theodosii II. a. 439 de paternis bonis, tit. 14 § 4	cap. 54.	
Eiusdem nov. a. 439 de testamentis, tit. 16	„ 28. 29.	
Valentiniani III. nov. a. 451 de colonis vagis, tit. 30 § 5. 2	„ 64. 68.	
Eiusdem nov. a. 452 de episcopali iudicio, tit. 34 § 13	„ 12.	
Maioriani nov. a. 458 de curialibus, tit. 7 § 1. 2 ² „	„ 69.	

1) Hunc locum emendavimus supra p. 156 lin. 53 col. 2.

2) Hanc novellam legem emendavimus supra p. 160 lin. 42 col. 1.

II. INDEX VERBORUM ET RERUM.

- Abactor** *cap.* 56. 57. 58.
accusatio 13. 14. 49.
acta 35.
actionarii *Pragmatica sanctio* 12. *pag.* 173.
actiones transferre 43.
actor 121 *in indice*.
administratores *Pragm. sanct.* 12.
adulterium 38. 39. 54. 60.
aestimatio rei pervasae 10.
aggagula 54.
agnati 23. 24.
agnatio 65. 68.
allegatio 52.
alterum tantum *Pragm.* 20.
amalasuinta *Pragm.* 1.
amittat 73. 122. 134.
ancilla 21. 64. 65 *et saepius*.
annona *Pr.* 22.
antiochus *pf. ital.* *Pr.* 27.
antistes ecclesiae *Th. pag.* 170. *antistites locorum* *Pr.* 18.
apparitor 73.
appellatio 55.
appellatorii libelli 55.
apulia *Pr.* 26.
arbor deiecta 151.
arca *Pr.* 10.
archidiaconus 70. 71.
area aliena 137.
arioli 108.
artis operam exercere 62.
atalaricus *Pr.* 1.
auctor venditionis 139.
auctoritas iudicis 72. 123. 131. 145.
audientia 99.
aurariae functiones *Pr.* 18.
auri librae V 114.
authentica scripta duo *Pr.* 21.
Barbari *prolog.* 32. 34. (33 *ind.*) 43. 44. 145. 155.
barbaricum *Iust. pag.* 175. *barbaricum (barbarici?) tempus* *Iust. ibid.*
basilius consul *Pr.* 27.
beneficia vel usurae *Iust. pag.* 175.
bona lis 10.
boni viri ex delegatione noscentes 74.
bonorum confiscatio 108. *quarta pars* 111. *tertia pars* 75. 83. 104.
Cadavera 111.
calabria *Pr.* 26.
capillati 145.
capitalis poena, capite punire 1. 9. 39. 41. 47. 50. 63. 104. 108. 125.
caput debiti *Iust. pag.* 175.
casa 39. 46. *casam incendere* 97.
cautio debitoris 122. *emissa* 145.
celeberrimi loci 55. 58.
centesima legitima 134.
cingulum 73. 155.
civilter causas audire *Pr.* 22.
civitas romana *Pr.* 3. 7.
civitate pelli 111. *civitati obnoxius* 64.
codices legum *Pr.* 11.
codicilli litis *Pr.* 12.
coemptio specierum (i. e. frugum certo pretio tradendarum) *Pr.* 12. 18. 28.
coemptionis onus *Pr.* 26.
cognati 23. 24.
cognitor sacer 55.
collatores *Pr.* 9. 12. 14. 18.
collegiatus 69.
collegio deputari 64.
colonus 21. 22. 47. 84. 104. 109. 121. 128. 146. 148.
comitatus (imperatoris) *Pr.* 27.
comparata res 138. 140.
comparationes *Pr.* 24.
competitiones *Pr.* 24.
condemnatus 131.
conditio materna *Pr.* 15. *conditio servitutis* *Cassiodor. Var. V, 29.* *in conditione tenere* 79; *cfr. Cassiodor. V, 29.* *conditioni obnoxius* 79. *conditionis praeiudicium* 82.
conductor 22. 69. 121. 155. *cfr. actor.*
confiscare 83.
conlatio 69.
constantinus *Pr.* 27.
constituta vetera 54.
consuetudines *Pr.* 25.
corruptor 60. 64.
cunctorum devotio *prol. cfr. epilogus.*
curator minoris 18.
curia 27. 113.
curialis 27. 52. 53. 69. 113. 126.
custodia 8. 55.
Damnatorum bona 112. 113.
damnatos eruere 114.
debiti solutio *cap.* 131.
debtores italiae et siciliae *Iust. pag.* 175.
defensor 44. *civitatis* 52. 53.
delator 35. 49. 50.
delegare, delegatio 74. 126. 127.
deportatio 155.
detentio 8.
dies paschales, solis 154.
directo iure vendere *Theod. pag.* 169. (*cfr. c. 2 Cod. Theodos. de iure fisci* 10, 1).
discussor 144.
divortium 54.
dominicus dies 154.
domini rerum *Pr.* 3.
dominus (coloni) 98. 104. 109. 121. *originarii* 64. 67. 68. 146. *rustici* 152.
domitor (domina?) orbis *Theodoricus pag.* 169.
donatio 51.
dos 54.
dupli fructus 10.
duumviri 52. 53.
Ecclesia 26. 70. 126. *ecclesiae id est loci religiosi* 125.
edicta nostra 34. *edictum* 155. *edicta pendere* *Prol.* *edictis inclamare* 5. 145.
edictale programma *Pr.* 11. *edictalis propositio* *Pr.* 11.
exactor 149.
executio (= persecutio) 109.
executio sententiae *cap.* 6.
exilium *cap.* 95. *perpetuum* 75. 97. 108. *quinquennale* 75. 83.
Fabricae publicae *Pr.* 25.
facinus committere 103.
falsarius, falsum 29. 30. 40—42.
familiares 49.
famuli urbani 192.
fideiussor 135. *accusatoris* 13.
filius in pot. patris 128.
filiorum operae 95. *filios vendere* 93.
fiscales species 149. *tituli* 144. *fiscalis pecunia* 115 *ind.*
fiscus 10. 24. 43. 45. 55. *fisci compendia* 84. *fisci debitor* 126. *fisco sociari* 111. *solvi* 112. 113.
flammae ultrices 61. *cfr. incendium.*
flavius *Theod. pag.* 169.
foeneratitiae pecuniae *Iust. pag.* 175.
forum sequi 139. *ubi facinus commissum* 103.
fruges sublatae 146.
francorum incursio *Iust. pag.* 175.
in fuga positus 87.
fugitivus 84. *fugere solitus* 141.
functiones illatae *Pr.* 9. *functionum solutio* *Pr.* 10.
fur 116. 130.
furti actio 85. 86. 88.
fustibus caesus 64. 73. 83. 97. 111.
fustuaria poena 4.
Generalitas *prol.*
genere nobilis 59.
gentium captivitas *Pr.* 3.
gesta municipalia 52.
gladii poena 48. 56.
gothica ferocitas *Pr.* 15.
gradus tertius 111.
grammatici *Pr.* 22.
greges relictiae *Pr.* 13.
Habitatores provinciarum *Pr.* 9. 14.
homicida 15. 54. 152.
homicidii reus 99.
hostes 148.
Immunitas tributorum *Pr.* 9.
incendium 97. 98. *incendio concremari* 97. 107. *cfr. flammae.*
inclamare 5. 145.
incommoditas 80.
indignus 33.
ingenua 59. *ingenui testes* 145. *ingenuum solum* 68.
iniusta mensura, pondera *cap.* 149.
inscriptio 13.
instrumenta amissa *Pr.* 3. 21.
interitus 38.
intestatus 23.
introductio corporalis 53.
italia provincia *Pr.* 27.
iudaei 143.
iudex 1—10. *provinciae* 52. 55. *publicus* 56. *cfr. officium, praetorium, privilegium.*

- iudices civiles, militares *Pr.* 22. iudicee maiores *Pr.* 9. iudices provinciarum *Pr.* 9. 10. 12. iudices iudaeorum 143. iudicis praeceptio 46. iudiciaria auctoritas 10. iurgator 43. iurisperiti *Pr.* 22. ius et leges 7. ius commune 24. iustinianus *Pr.* 1. 27. *pag.* 175. iustum matrimonium 36.
- Leges *Prol.*** 12. 13. 17. 20. 24. 26—28. 31. 35—37. 53—56. antiquae vel novellae 12. veteres 24.
- legitima vox 48. *cf.* *Cassiodor. Var. VIII*, 28. legitimi 20. 36. libellum exhibere 55. in libertate degere 96. liberti 30. 48. 103. librae auri decem 55. limites 105. *ind. cf.* termini. lis mota 12. litis expensae 11. sumptus 74. iactura 43. locus (= dignitas) 60.
- Magistratus** 52. magnitudo tua *Pr.* 26. maiestatis crimen 49. causa 113. maleficus 54. mancipium 51. 70. 84. 152. rusticum, originarium 142. mansionem facere 137. marcianus *Pr.* 1. matrem sequi 65. 66. matrimonium 53. 93. maximus *Pr.* 1. medici *Pr.* 22. medietas pretii 43. menses duo 131. mensura publica 149. mensurae *Pr.* 19. enormes *Pr.* 12. meriti eiusdem 64. 70. 80. 84. *cf.* tales. meritum appellationis 55. messis laesa 151 *in indice*. miles (= appritor) 73. militare 32. militiam confingere 89. millena *Pr.* 26. ministerii labor 62. ministri criminis 38. momenti iure 76. mortuum sepelire 75. mulcta exigenda 10. legitima 55. mulieres deo sacratae *Pr.* 17. mulieris cautio 133. mutua pecunia 121.
- Narses pf. cubiculi *Pr.* 27. *Iust. pag.* 175. nationis cuiuslibet 70. navigare *Pr.* 27. navis, stabulum 119 *in indice*. navium commercia *Pr.* 18. negotiari 119. negotiatores *Pr.* 20. 26. negotium amittere 73. perdere 145. noxa caput sequitur 120. noxae dare 117. 118. noxia 109. nuptiae legitimae 36. secundae 37.
- Obligatae res** 124. obnoxius civitati 64. obsequium imperare 150. observantiae praeceptores 143. occidentales partes *Pr.* 1. occidere hominem *cap.* 99. rusticum 152. officium iudicis 4. 10. 55. officii praesumptio 21. officia dignitatis maioris *Pr.* 9. officia iudicum *Pr.* 9. opera diurna 150. consilio furtum factum 120. oppressor 59. oratores *Pr.* 22. originarii 21. 48. 56. 63—68. 80. 97. 142. *cf.* colonus. originis oppositio 142. ornatus *Pr.* 21.
- Pagani ritus** 108. panfronius *Iust. pag.* 175. papa *Pr.* 19. pascha, paschalis 154. patrimonio gratulari 59. patroni 48. pecora abacta 56—58. pervasio 30. petitionibus consulere 121. pictatia 126. pignus 95. pignera capere 123. 131. liberare, redimere 135. plagiator, plagium 78. 81. 82. plantare iurgium 74. poena capitis 1. mortis 56. 110. fustuarum 4. severissima 57. *vid.* caput, flammae, fustis, gladius, quadrupli. poena X librarum auri *Pr.* 27. pondus maius 149. pondera *Pr.* 19. possessio, possessor 10—12. 16. 22. 25. 46. 47. 69. 132. 136. 144. possessionis dominus 69. possessio servitutis 96. *cf.* praedia. *Cassiodor. Var. VI*, 8. *IX*, 4. *Dahn I*, 205. 238. 248. 249. *III*, 55. 140. *IV*, 32. 34. possessiones reparandae *Pr.* 27. possessores *Pr.* 3. 13. calabrae, apuliae *Pr.* 26. potens, potentior 43—45. 122. 155. praedium rusticum, urbanum 51. 52. *vide* possessio. praefectus sacri cubiculi *Pr.* 27. *vid.* narses. praepositus sanctus *Pr.* 17. praescriptio 30 vel 40 annorum *Pr.* 6. praesul et reparator libertatis *Theod. pag.* 169. praesumptores 144. praetorium iudicis 58. pragmatica sanctio, pragmata *Pr.* 1. 3. 27. presbyter 70. privilegium sui iudicis 139. privilegia romanae civitatis *Pr.* 25. procurator 121. profiteri, professio 64. 144. professionem exercere *Pr.* 22. propinqui 37. proscriptio 155. provincia 10. 52. 55. provinciarum iudices *Pr.* 9. 12. provinciales 3. 155. publica pecunia 115. publicum debitum 71. pupillaris aetas 12.
- Quadruplum** 2—4. 56. 57. 115. 124. 126. 144. 149. 151. quaestionem perferre 140. querela 37. quinquennalis 52. 53. quinquennium 12. 20. quinquennii usu-rae *Iust. pag.* 175.
- Raptor *cap.*** 92. 116. raptus 17—22. 109. reatus *cap.* 81. redemptus 2. religiosae personae 70. religiosi loci 125. reliquatores 144. repetitionem amittere 122. repudium 54. res publica 32. rei publicae permutationes *Pr.* 24. rescindere venditionem 147. roma 111. *cf.* urbs. romanus *Prol.* 34. 43. 44. 155. romani, romana persona *Pr.* 1. 2. 23. romanum forum *Pr.* 25. romanus portus *Pr.* 25. rusticus 69. alienus 150. 152.
- Sacerdotes *Theod. pag.*** 169. sacramenta 106. de conscientia 119. sacrilegium 154. serinia nostra 10. scripto lata sententia 6. scriptura 51. 52. 59. securitates possessorum 144. seditio 107. seges deiecta 151. senatus romanus *Pr.* 1. 17. 19. senatores *Pr.* 27. sepulchrum 50. 110. servi 19. 21. 48. 56. 61. 100. 101. 121. 128. 141. 148. 152. servorum proles *Pr.* 16. uxores *Pr.* 15. solidi romanor. principum *Pr.* 20. solidorum iniqua pondera *Pr.* 12. mutatio *Pr.* 20. sollicitare 78. 80. 85. sollicitator 88. species (= fruges) *Pr.* 18. 19. sponsa non tradita 92. sponsalis munificentia 153. sponsalitia largitas 54. 59. stabula 56. 57. 119. studia liberalia *Pr.* 22. stuprum 37. 60. 61. 63. subreptio *cap.* 34. 129. substantia ecclesiae *Theod. pag.* 169. *cf. pr. Inst. de usufructu (2, 4)*. substantiae medietas *Iust. pag.* 175. suffragator 44. suffragium collatorum *Pr.* 12. superflua appellatio 55. superindictitius titulus *Pr.* 26. supplicium extremum 59. susceptor 57. 126. 149. fiscalium titulorum 144.
- Taberna** 119. tabularii 126. tales duo 152. *cf.* meritum. terminales arbores 104. termini effossi 104. observandi 105. tertio conventus 5. 145. testamenta allegare 72. facere 28. 30. 32. 33. testes 25. 29. 31. 51. 145. theodatus *Pr.* 1. theodericus rex *Pr.* 8. 22. *pag.* 169. theodora augusta *Pr.* 1. tiberinus alveus *Pr.* 25. tiberius *Pr.* 1. titulus 54. titulis occupare 47. titulos adfigere, ponere 45. 46. titulorum praesumptio 24. titulus superindictitius *Pr.* 26. torquere servum 100—102. totilas *Pr.* 2. 5. 5. 24.

tradita res cap. 138.	Umbrarii cap. 108.	verberare cap. 55.
traditio 51. 53.	urbs venerabilis 10. urbana ministeria, famuli 142.	vicedominus 155.
transmarinae regiones 69.	usurae et beneficia <i>Iust. pag.</i> 175.	vicennium 68.
tributorum exactio <i>Pr.</i> 14. immunitas <i>Pr.</i> 9. solutio <i>Pr.</i> 10.	usuras in capite debiti redigere <i>Iust. pag.</i> 175.	vicini 53.
tricennalis lex 69.	utilitas publica 153.	vidua 60—62. 121.
tyrannica ferocitas <i>Pr.</i> 17.	uxor pro marito 153.	vigilius episcopus <i>Pr.</i> 1.
tyrannidis tempus <i>Pr.</i> 2. 5.	Venalitas 2.	violentia 16. 75. 77. 109. 124.
tyrannorum adventus <i>Pr.</i> 6. tempus <i>Pr.</i> 12. 15.	venditio 147.	vis 59.
		voluntatem facere 31.
		vox legitima 48.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

pag. 146 *lin.* 17: quindecim *corrigere* tredecim.

pag. 146 *lin.* 21. *Quod diximus, interpretationem Wisigothicam in multis partibus ex alio commentario haustam esse, qui Burgundionibus pariter atque Ostrogolhis iam ante annum 506. praesto fuerat, id inter alia ipsa etiam interpretatio ad c. 2 Theod. Cod. de dotibus (3, 13) probare videtur, ubi Paulli responsa sub titulo de Re uxoria, librum ab Alariciana iurisprudencia prorsus alienum, allegari videmus.*

pag. 146 *lin.* 46 *col.* 2 *adde:* 18, *dele:* 26. 27. 152.

pag. 147 *lin.* 15. *Rarissima sunt Edicti vestigia in aliis iuris libris apparentia. Nam praeter ea, quae ad cap. 15. 16. Edicti notavimus de suspecta codicis Iustiniani lege (c. 3. ad leg. Cornel. de sicariis 9, 16) Iulianique libris mss. et canonum collectione Anselmo dedicata, nunc Haenelii beneficio id etiam compertum habemus: in codice Iuliani legisque Romanae Utinensi pag. 226 col. 1 lin. 8—18 repetita inveniri Edicti capita 85—87, hac sola notabili scripturae varietate, quod pro susceperunt legitur susceperint. Cfr. quae ab ipso Haenelio referuntur in actis societatis litterarum Saxonicae a. 1852 pag. 80.*

pag. 155 *lin.* 25 *col.* 1: Theodosium *corrigere* Theodericum.
